CLAVDII

GALENI DE ELEMENTIS LIBRI DVO,

*

VICTORE TRINCAVELIO INTERPRETE.

Adiecimus in calce Hippocratis librum de Elementis, vnà cum commentario in eundem Iacobi Syluij medici.

IN VIRTVTE



LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, sub scuto Veneto.

1550.

INDEX IN DVOS

LIBROS GALENI DE ELEmentis, qui duplici numero inſcribitur: Primus paginam, ſecundus lineam denotat.

A

C

Indicis Finis.

GALENI DE ELEMENTIS EX HIPPOCRATIS SENTENTIA,

Liber primus, Victore Trincauelio interprete.

Quæ in primo de elementis libro habentur.

Quid sit elementum.

Quæ sit recta inueniendorũ elemẽtorũ methodus.

Ex Hippocratis demonstratione contra veteres, quòd vnum non sit hominis elementum, Galenus plura antiquorum placita destruit, quæ principijs tum artis medicæ, tum etiam naturalis scientiæ repugnant.

Corpus sensile ex insensilibus, & impatibilibus non constare elementis.

Hominis elementa impatibilia simul & sensilia esse non posse.

Quatuor esse in vniuersum prima rerum omnium elementa, nempe ignem, aërem, aquam, & terram. Atque horum corporum quatuor primas qualitates esse principia, elementa autem non dici.

QVVM elementum minima ſit rei particula cuiuſcũque fuerit elementum, nec idipſum deinde quod ſenſui videtur, ſit etiam reuera minimum, ſiquidem multa vel præ tenuitate ſenſum effugiunt: manifeſtò ſanè liquet, ſenſum eorum minimè fore iudicem, quæ vera & ex ipſa natura ſunt rei vniuſcuiuſq; elementa. Nam ſi eruginem, cadmiã, ſpumam argenti, & miſy, vnà omnia optimè trita in puluerem redegeris, & mox ſenſui diſcernenda commiſeris: tibi profectò ea vniuerſa vnum eſſe videbũtur. Nec modò hæc quatuor, verùm & alia longè etiã plura, ſi eadem tamẽ ratione omnia inuicem commiſceas: tibi vnum eſſe videbuntur quantumlibet vnum minimè ſint. Quam ob rem & Hippocrates quum eiuſcemodi humanæ naturæ elementa conſideranda inſtituiſſet, neglectis his quæ prima ſenſus iudicio ſimpliciſsimaque habẽtur: illa ſtatim, quæ verè & ſecundum naturam talia ſunt, inueſtiganda propoſuit, quippe quum ea (vt alibi à nobis monſtratum eſt) curandis morbis nihilominus vſui ſint, quàm hæc quæ ſenſu huiuſcemodi apparent. Itaque conceſſerit fortaſsè quiſpiam, hæc ſenſilia videri elementa, exiſtere verò,

rò,

rò, nõ item. Neq; enim si quippiam visum fuerit prima rei cuiusuis simplicissimaq; particula: illud statim est etiã verũ elemẽtum, sed quod ex ipsa rerũ natura habet vt tale sit. Quoniã si id statuerimus vel natura esse elementum, quod cuiusq; rei minima videatur, atq; simplicissima particula: alia nimirũ aquilæ & lynci, aut si quis homo sit, alterúmve quodpiam animal, quod visus acumine maximè præstet: & alia nobis, ipsis videbuntur elemẽta. Ne igitur sic agamus. sed ea inquiramus (quotiescũque naturæ, aut humanæ, aut cuiusuis alterius rei exactã sciẽtiã assequi voluerimus) quæ natura prima & simplicissima sunt, quæq; in alia nõ ampliùs dissolui possint. At quęnã erit via illa, qua hæc ex ratione possint inueniri? Nulla, vt quidẽ mea fert sentẽtia, præter eã quæ ab Hippo. est instituta, nẽpe vt primùm sit disquirendũ, an elementum vnũ quippiã specie sit, vel plura potiùs, varia, & sibi inuicẽ dissimilia. Quòd si non esse vnũ, sed multa, variaq; & dissimilia visum fuerit: quærendum erit secundo loco, quot illa sint, & quæ, & qualia, & quã tãdẽ inter se habeant cõmunionem. Quòd igitur primum id elementum ex quo tũ nostrum, tum aliorũ omnium corpora constant, nequaquam sit vnum: ex his mõstrat

Hippocrates & melius forsitā sit illius dictionem primū ascribere,ac ita mox illam exponere. Ego autē statuo,quòd si homo esset vnum,neutiquam doleret:neq; enim si vnū foret,esset ex quo doleret. Præstantissimè pariter(mea quidē sententia) ac breuissimè vniuersæ suæ demõstrationis momentū exposuit,qua monstrādū erat fieri nō posse, vt elementum sit specie & potestate vnū.Iam enim satis patet esse extremæ cuiusdā absurditatis, & hominis præterea qui nullā rerū euidentiū rationē habeat, statuere ens esse numero vnū, vt tamē inueniri facilè posint aliqui,qui affirment, omnia potestate ac specie esse vnū, queadmodū Epicurus & Democritus indiuidua ea corpora,quæ atomos appellāt.In quo itē ordine reponēdi sunt illi,qui minima quædā & incõpacta & impartibilia introducūt elemēta. Itaq; aduersus hos oēs, Hippocra.cõmuni opposita ratiõe,demõstrat elementū non esse vnū:vnum inquā, tum forma,tū potestate, alioqui enim eorū ne meminisse quidē voluit, qui omnia etiam numero esse vnum autumant, quòd id videatur hominis esse omnino stupidi. Perpendamus ergo rectène ille ratiocinatus sit,atque vnum meritò illis cõtradicat, qui asserunt elementa esse vnū natura, vt

illis deinde liceat id, vel atomū appellare, vel minimum, vel (vt græcè aiunt) ἄναρμον, quasi incōpactū dixeris, vel impartibile vel quod tandē ipsis magis gratū fuerit. Quoniā si illud quod his omnibus sectis in vniuersum commune est euerterimus: nō erit amplius nobis opus particulatim eorū differētias persequi. Nempe subiicitur ab his omnibus primum elementum vsque adeò esse omni penitus qualitate vacuū: vt nullā vel albedinē innatā habeat, vel nigredinem vel aliū quempiam colorem, non dulcedinem, non amaritudinem, sed neq; calorem, neq; frigus, & tādē vt cuiusuis alterius qualitatis sit omnino expers. Lege enim dicebat Democritus, color est, lege amarum, lege dulce, atomus verò & vacuū verè est, ipse ἐτεῇ dixit. Credidit enim ille sensiles qualitates ex indiuiduorum illorum corpusculorum cōuentu per solam ad nos, qui sentimus, collationem gigni: ipsa verò natura nihil esse album, aut nigrum, flauum, aut rubrum, amarum, aut dulce. Quippe hoc illi lege seu νόμῳ, vt ipse græcè inquit, significabat, ex nostra nimirum existimatione, non ex ipsa rerum natura, ita etiam illi ἐτεῇ nomē ab ἐτεὸν deductum est, quod verū significat, vt vniuersi sermonis illius is sensus sit. Arbitramur quidem

nos homines quippiam esse album, vel nigrum, vel dulce, vel amarum & quæcũque alia huiusce generis sunt. Sed re vera omnia vnũ sunt & nihil: nã & ille hoc loquitur modo, qui atomos vnũ appellat, vacuũ autem nihil. Itaq; atomi omnes, quæ exigua quædam corpuscula sunt, omni prorsus qualitate vacant. Vacuũ verò spatium quoddam est, in quo ea omnia corpuscula sursum atq; deorsum agitata, perpetua motione, quandoq; simul secundum aliquem modum complicantur, nonnunquam mutua inter sese collisione resiliunt: quò fit posteà vt ex huiusmodi eorum conuentu, & mutuæ concretiones fiant, atq; iterum secretiones, vnde voluit ipse, cùm aliorum omnium, tum nostrûm quoque ipsorũ coagmentari corpora, atq; eorum cùm affectus tum sensus. Statuũt autem prima hæc corpora impatibilia esse. Sed nonnulli deinde ex ipsis, vt Epicurei, ea præ duritie infringi non posse autumant, alii, qui magis Leucippo addicti sunt, in exilitatem referunt, quòd nullam admittãt sectionẽ. Negãt prætereà quoquo modo ea posse quapiam ex his alteratiõibus alterari, quas tamen cæteri ferè omnes fatẽtur, vel ab ipsis sensibus edocti. Quippe qui nolint eorum quicquã calefieri aut refrigerari, pariterq;

ne

nec humectari vel siccari, atque adeò longè etiã minùs nigrescere, aut albescere: vt tandem cõtendant nullam prorsus ex vlla mutatione qualitatem suscipere posse. Iurè ergo illis cõtrarius est Hippocrates, dũ ait: Nunquam hominem doliturum, si hęc esset illius natura. Quum mehercule necesse sit, vt id quod doleat, duabus his præditum sit facultatibus, porrò vt sit cùm sensus, tũ alterationis capax. Quia si ab omni penitus sit alteratione alienum eundem omninò statum, quem à principio sortitum est, perpetuò seruabit: at eundem id quod dolet minimè seruat. Quòd si trãsmutetur etiam, in quem tamen modum lapides & ligna, quæ quidem, & calefiunt, & refrigerantur, & scindũtur, sed nulla sit illis innata vis sentiendi: nihil propterea magis affectiones, si quę in eo gignantur, sentire poterit, quàm lapides sentiant. Quum igitur vtrunque horum in illis istorum elementis desideretur (nam neque eam naturam consecuta sunt eiuscemodi indiuidua corpuscula, vt vel alterari, vel sentire possint) si ex his atomis, vel quapiam alia simili ac vniformi natura essemus concreti, non vtique doleremus, dolemus autem. Quare iam manifestum est, quòd nequaquam simus ex vlla simplici vniformique

ſubſtantia conſtituti. Hæc eſt huiuſce rationis ſumma, quę vt eſt admodum his qui in logica diſciplina exercitati ſunt, aperta: ita propoſitum etiã hoc ferè modo concludit. Sed quoniã ii qui talia introducũt elementa, non modò ſunt diſciplinæ differẽdi rudes, & prætereà contentioſi, verùm & ſibi malo fore exiſtimant, ſi vel in melius ſentẽtiam mutauerint: cõmunem hanc rationem particularibus aliquibus exẽplis illis exponamus. Nimirum ſi quis cutem acu tenuiſsima pungat, dolebit animal, acus verò vel vnam tãtùm attinget atomum, vel duas, vel etiã plures. Sed ponamus primũ vnam tetigiſſe, at nulla atomus eſt penetrabilis, ſenſus've capax, non igitur ab acu quicquam patietur, neque etiam ſi pateretur: illatam noxam propterea ſentiret. Quũ enim ex his duobus imprimis proueniat, vt aliquid doleat, nẽpe, vt quod patibile eſt patiatur, atque vt impreſſas affectiones perſentiat, vtriuſque verò iſtorum ſint atomi expertes: profectò ſi acus vnam tantum atomum pupugerit, nequaquã animal dolebit. Fingamus ergo non amplius vnam, ſed duas tetigiſſe. Atqui ſtatim *illa* eadem quæ nuper de vna, de duabus etiam poterimus pronũtiare. Nam ſi earum neutra ex acu fuerit vulnerata, aut ſi etiam

vul

vulneretur,& nulla alioquin illis vulnus id sentiẽdi vis insit,is qui pũgitur omni prorsus sensu,atque dolore carebit. Quemadmodum enim nihil habet acus cur magis sentiatur, quum duobus impingitur ossibus,aut duabus cartilaginibus, aut totidem etiam vel capillis:vel quibusque aliis particulis sensu vacuis, duo si quidẽ capilli æquè sensu carent,ac vnus: ita etiam(vt equidem arbitror)nihilò magis acus, quæ duobus illis indiuiduis corpusculis infigitur,siue alterum quidem ipsorum sit sensu præditum: vllum excitabit dolorem. Eadem verò sequentur incommoda,si tria dixerimus,vel quatuor tetigisse,quippe quia nullam maiorem operam ad patiendi,vel sentiendi rationem hæc conferre possunt, quàm totidem calculi,vel lapides,vel villi: quum fieri nequeat,vt si quid ex impatibilibus & sensus expertibus cõponatur:sensus particeps patibileque tandẽ euadat, mirum etenim esset,si totum & pati,& sentire posset,cuius tamen pars nulla aut sentiret,aut pateretur. Quum enim duo sint instrumẽta quibus huiuscemodi pronũtiata inuenienda sunt,experiẽtia,inquã & ratio: neutrũ horũ vnquam ita illis inseruiet, vt aliquid sint reperturi cõcretum ex his,quę pariter impatibilia & sine sensu sint: quod

ipsum

ipsum deinde patibile sit,atq; sensus particeps.Porrò si multos adamantes, aut alia quæuis corpora minus etiam ad patiẽdum idonea in aceruum coacta ferire volueris: nunquam sanè vel aceruo ex his cõstituto plagam infliges,aut illatã ille sentiet, nẽpè nec perpetuis etiã seculis tale quippiam poterit vnquam experiẽtia reperiri.Atqui ostendimus paulò anteà quòd ratio quoque huic sentẽtiæ minimè consentiat.Iam enim quis non admiretur si caro, dum pũgitur,dolet,cuius tamen nulla vel minima particula,aut perforatur,aut dolet:vel quę vnquã ratio reperietur,quæ hoc admittat? Imò hoc equidẽ affirmauerim,quòd quãtumlibet illæ omnes a tomi insitum haberent sensum,sed essent impatibiles atque impenetrabiles,ita, vt tantũmodo ex mutuo earum cõplexu caro gigneretur: nihil propterea magis impactam acum sentiret. Vt enim si duos digitos simul iũgas,qui ta mẽ sentiẽdi facultate pollẽt,ac mox eosdem disiungas,id absque vllo prorsus dolore feceris: ita etiam(vt arbitror)si acus atomos dissoluat aut diuellat,modò ex illis nullam vulneret, nullum vnquã in animante dolorem excitabit. Vel illi nobis hoc ostendant, quando ex mutua solummodò aliquorum sentientium corporum

commiſsione, ac eorũdem déinde ſeparatione vllus vnquã ſubſequatur dolor:nunquam profectò tale quippiã poterũt oſtendere,ſi,quæ euidẽtia ſunt, ſequi voluerint, atque etiã ſi rationẽ:nihil ſanè offendent, quod hoc ipſo minus fieri poſſe videatur. Quum igitur tum ratio, tum experientia teſtetur, quòd quantũlibet atomis ſenſum conceſſerimus,eorum tamen ſeparatio ſit abſq; dolore futura : qui fieri,quæſo,poterit, vt ſi eas prætereà ſenſu orbatas ponamus, dolere poſsint? Neceſſe enim eſt, vt paulòantè teſtati ſumus,duo hęc ſimul cõcurrere,vt aliquid doleat,alteratio, inquã, & ſenſus,vtroq; autem carent atomi. Rationi igitur conſonũ eſt, vt quãuis eorum alterum atomis conceſſeris : adhuc tamen eas indolentiã ſeruare.Etenim ſi eas impatibiles quidẽ, ſed ſenſus participes ponas: nequaquam dolebunt:propterea quia non patiẽtur. Quòd ſi pati etiam,verùm ita,vt ſenſus ſint expertes : minimè dolebũt,quũ minimè ſentiant: quũ opus ſit,vt iam diximus, corpus, quod doliturũ ſit,pati, atque affectionẽ perſentire. Quare fieri nequit, vt corpus facultate ſentiẽdi præditum, ex elementis ortum habeat, quæ pariter impatibilia,ſenſusq; expertia ſint, ſed neque impatibilibus quidẽ, verùm ſenſu prædi-

tis. Nam neq; hoc eſſe in dolore vnquam poterit, quum non patiatur, erit enim forſitan poteſtate ſentiens, ſed actu nũquam. Quemadmodum ſanè, & noſtrum corpus videmus, quod quantumlibet manifeſtò etiam vim habeat ſentiendi, attamen minimè ſentit, niſi ab aliquo prius patiatur. Vnde, & ex hac eadem ratione clarè eorum ſententia euertitur, qui inter elemẽta homœomerias (quaſi ſimilaritates dicas) introducũt. Quanuis enim in his ipſorum elementis aliqua ſint quæ vim ſentiẽdi habeant: tamen quũ prorſus ſint impatibilia: neſcio quo modo ſentiet corpus quãtumlibet ſenſu præditum ſit, quod ſemper futurum eſt extra omnem patiendi occaſionẽ. Reliquum igitur erit, vt ſentiẽs corpus, vel ex his ſit quę pariter vim habeant ſentiendi & patiẽdi, vel ex his quæ pati quidẽ poſſint, ſed nullũ deinde ſenſum habeãt. Nos autem mox perpendemus vtrum horum verum ſit. Porrò apertè iam monſtrauimus, quòd nequeat corpus vllum vi ſenſitrice donatum, ex elementis gigni ſimul impatibilibus, & ſenſu carentibus, vel ſenſu quidem præditis, verùm impatibilibus. Habent hoc nimirum ambæ hæ ſectæ commune, quòd elementa impatibilia ſtatuunt. Quòd ſi elementum non poteſt eſſe

imp.

impatibile:non erit etiam ſpecie vnũ,nam neque longiori egemus demõſtratione ad oſtendendũ,vnum eſſe impatibile, quippe quia quotieſcunque vnum fuerit elementum:nihil præterea reliquum erit in quod tranſmutari,nihil à quo pati poſsit. Quicquid enim tranſmutatur,in alterum quippiam tranſmutatur,& quod etiam patitur, ab altero patitur. Sed quomodo (quæſo) vnum deinde ſeruabitur?Probè ergo Hippocrates ratiocinatus eſt, non eſſe vnum elementum:ſi res vlla futura ſit quæ doleat,nihil enim erit (ait ille) ex quo doleat,ſi vnum fuerit. Quò fit deinde vt elementa omninò ſint plura vno. Verùm quę ipſa numerum obtinuerint, hactenus incompertum eſt. Quare id ipſum deinceps exquiramus. Sed ſatius forſitan erit, de reliquis duabus ſectis, quarum meminimus priùs diſſerere: quibus commune erat, corpus, quod dolere poſsit, ex his primis elementis cõſtituere, quæ ſint alterationi obnoxia. Ex diuiſione enim reperies omnes opiniões in quatuor redigi poſſe: ita vt prima ea ſit, quæ ex ſenſu vacuis, pariter & impatibilibus: altera, quæ ex ſenſu quidem præditis, ſed impatibilibus. Quæ ambæ in hoc cõſentiunt, quòd ex impatibilibus ſtatuunt, atqui oſtẽdimus quòd hoc eſſe mi-

nimè poſsit, & proinde eas vtraſq; miſſas fecimus. Vnde duæ ſupererant: altera, quæ corpus ſentiẽs ex primis elemẽtis facultatẽ cùm patiẽdi, tum ſentiẽdi habẽtibus conſtituit: altera, quæ ex patibilibus, ſed ſenſu expertibus: inter quas item ea eſt communio, quòd ambæ ex patibilibus, aiunt. Iam igitur inſpiciamus, an harum ſectarũ impoſsibilis ſit altera: an potiùs æquè vtraq; aliquid proferat quod poſsibile ſit, vt tamẽ mox inquiramus, vtra earũ, pręter id quod eam proferat ſentẽtiam, quæ ſit poſsibilis: veritatẽ etiam maximè contineat. Itaq; ſi animũ diligenter aduerteris, ambas inuenies id, quod poſsibile ſit, proferre. Si nãq; ipſas particulas explorare volueris, rationeq; examinare, eæ, quæ corporũ ſunt vim ſentiendi habentium, omnes & patibiles ſunt & ſentiendi facultate præditæ, vt in carne paulò anteà expoſuimus. Quòd ſi prima reſpexeris elemẽta, facilè fieri poterit, vt quãuis ea, nullũ habere ſenſum ſupponatur, modò poſsint in ſe mutuò multifariáq; & agere & pati: aliquod inde multis intercedentibus particularibus alterationibus, corpus ſenſu præditũ gignatur. Quotieſcunq; enim ex pluribus quippiam componitur, ſi ea quæ in compoſitionem veniũt, qualia ſunt, talia ad extremũ vſque

dura

durauerint: nunquam id profectò nouam vllam aduẽtitiamq́; adipiſcetur formam, quæ in his nõ præfuerit, è quibus cõſtituebatur. Quòd ſi ea multifariam varientur, traſmutentur, & alterentur: poterit tunc in cõpoſito aliquid ſuboriri, quod ab his, quę priùs in primis illius elemẽtis reperiebantur, ſit generis alterius. Sed erit forſitã operæpretiũ, vt perſpicuitatis gratia, hãc exẽplo rationẽ explanemus, Aedes nimirum quæ ex lapidibus, lateribus, lignis, tegulisq́; cõſtructę ſunt: nihil eſſe adeptas dicimus, quod nõ eodem genere cõtineretur, quo ea, quæ illis præerant, vnde ipſę fabricatæ ſunt. Durities quippe illis vniuerſis ſigillatim aderat grauitasq́; & magnitudo, præterea figura, & color, quæ omnia nec in ipſo etiã ædificio deſiderãtur. Nam duritiẽ quidẽ ac grauitatẽ, colorẽq́; eundẽ prorſus cum his habet, è quibus conſtitutũ eſt: neq; enim id molle eſt, quum tamẽ illa dura fuerint: aut leue hoc, illa verò grauia: aut hoc atrum, & illa cãdida. Sed figurã, & magnitudinẽ ob id quidem habent ædes: quia priùs ea habebãt, vnde illæ cõpoſitæ ſunt. Verùm non eandẽ omninò, aut figuram, aut magnitudinem habet totũ ædificium, quam partes id componẽtes habuerunt. At neque hoc eſt id, quod quærimus,

an inquam, domus sit lateribus maior, vel, an ea sit oblonga, quũ lateres sint quadrati. Sed potius, an hæc propterea sit figuræ particeps, ac magnitudinis, quia hęc in his, vnde constituta est, præerãt. Alioqui enim quis est, qui non norit rectam lineã ab angulo ad angulum ductã, in duos triangulos secare quadratum spatium? qui deinde duo triãguli, si item in vnum coëant, quadratum iterũ absoluunt, vt tamen tã triangulus, quàm quadratũ figuræ sint: præterea si duo semicirculi simul iungãtur: integrum circulum cõplent. Et proinde cõcedimus posse quidẽ ex aliis aliud quippiam gigni, verùm nõ quod ab illis genere diuersum sit, figurarum enim figuræ effectrices sunt, maioresq; magnitudines minorũ: at figuræ magnitudinum, vel magnitudines figurarum nequaquã. Quare nequit ex elemẽtis, quæ suas qualitates vsquequaq; immutatas seruent, quicquam generis diuersi gigni: sed si transmutentur, sanè poterit. Poterit enim quod hactenus nigrũ fuit per multas transmutationes medias iterum album fieri, & quod nunc albũ, mox fieri nigrũ: quod præterea sensus expers est, illius fieri particeps. Vnde qui ex igne, aqua, aëre, & terra inuicẽ transmutatis, atq; alteratis, & ad temperamentum quoddam reda-

ctis

ctis gigni corpus volũt sensitrice facultate præditũ,hi cõsentanea pronuntiãt.Qui verò ex illis,ita vt sunt,permanẽtibus,& permistis tantũmodo perinde ac triticũ, hordeum,ciceres,& fabæ in aceruo, hi nimirum ea,quæ fieri nequeant, sectantur. Nã nec prorsus quicquã interest,si dicas ex solo ignis,aquæ,aëris,terræq; cõuẽtu corpus sentiens nasci,aut si ex atomis,quod prisci illi affirmabant.Iam enim nullum corpus quod sensum habeat, potest ex pluribus elementis constitui simul coëuntibus,quæ tamen impatibilia sint,quũ sit monstratũ nihil in his simul cõpositis oriri posse generis alterius.Sensus verò est omnino è genere diuerso à figura grauitate, & duritie, quæ atomis inerant,& ab aliis quoq; quæ igni & terræ,aëriq; & aquæ,est enim sensus alterius cuiusdã generis à colore,sapore,& odore,& cæteris tãdẽ,quæ(vt omnia in vnũ colligã)corporibus insita sunt. Nõ ergo aut ex atomis corpus aliquod, quod vim sensitricem habeat,procreari poterit, aut ex igne & terra,aëre & aqua, quæ immutata permaneãt,& talia semp,qualia ex sua ipsorũ natura sunt,nihilq; vnquã patiãtur.Quare vel ex elemẽtis primis qbus vis sentiẽdi insit,vel ex illis,quæ licet hac careãt,ea tñ natura sunt,vt alterari & trãs-

mutari poſsint,erit neceſſe corpus conſtitui,quod ſenſu præditum ſit. His igitur,& quòd vno plura ſint omnino elemẽta, atq; etiã quòd pati poſsint,mõſtratũ ſit. An verò ex his primis elemẽtis quibus omnibus vis inſit ſentiendi,an ex illis potiùs,quę ea careant,quũ & vtrunq; horum fieri poſſe affirmẽt:nondũ monſtratũ eſt. Porrò nonnulla quidem omni carere ſenſu inde perſpicuũ eſt, quòd quædã etiã concreta huiuſmodi ſint. Sed quũ hoc iam ſit demonſtratũ,quantũ poſsit iis ſufficere,qui didicerũt demõſtrationibus acquieſcere, operæpretiũ ſanè erit, vt mox id exponamus, quod nõ ſemel,ſed multis in locis cõmẽtariorũ Hippocraticorũ oſtẽdim⁹: ille enim ſi aliquando vnũ quippiã ex eorũ numero præferat,quæ eandẽ naturã cõtinent: reliqua deinde quæ eandem vim habẽt,nobis ad rationẽ addenda relinquit. Quod mihi hoc quoque loco ſeruaſſe videtur, vtpote qui ab vno quidẽ apparẽti ducto argumẽto,opinionem hãc nequaquam poſsibilẽ eſſe oſtenderit,moxq; nobis locum reliquerit,vt id ipſum multifariam ex his quæ eandem cũ hoc vim tenent, demonſtraremus. In his enim,quæ in nobis apparẽt,id vnũ eſt,quòd nos dolemus,hoc verò monſtrauit minimè fieri poſſe,quin etiã patiamur.

mur. Ex quo sequebatur posteà elementa esse plura vno, siquidē vnum pati nequit, quū nihil prętereà relinquat, quod ipsum afficiat. In quē igitur modū ille ex dolentibus corporibus, in eundē tu ex his quę in voluptate sunt, ad hoc idē demonstrationem depromas, & vt ex his: ita ex illis quæ sentiunt. Nā & hoc ita à me dedita opera identidē in hoc libro factitatum est. Vnde si nulla voluptas consequi poterit, vbi impatibilia fuerint elementa, nullusq; dolor, ac nullus prætereà sensus: nulla etiā aderit vel memoria, vel reminiscētia, vel imaginatio, quum horū omnium sensus sit quasi radix & fons. At si nihil horū: nulla quoq; animi functio, & tandē nec ipse etiā animus. Quis igitur non admiretur priscorū virorum breuitatē in sententiis? En quàm hæc omnia Hippocrates quibusdā vel paucis verbis perstrinxerit, & validè admodū monstrauerit, elementū nō esse vnū. Verū vt hæc exposita sunt, transeamus ad alia, & inspiciamus quo modo ipse priori rationi sequentem annectat, vniuersa verò suorum verborum series hoc se habet modo.

Ego autem statuo, quòd si homo esset vnum, neutiquam doleret: nihil enim prętereà esset ex quo doleret, si esset vnum. Si tamen doleret: esset necesse & medica-

mentum fore vnum. Si vnum(inquit ipse) esset homo: minimè doleret, quòd si doleret: id etiam quod illi remedio est, vnum esset. Secundũ eundem figuræ syllogisticæ modum, rationẽ ex curatione interrogat, secundũ quem & ex dolore depromptam prius interrogauit. Assumit enim secundum, quod est primi cõsequens, cui deinde adiiciens oppositũ consequentis, tandem concludit oppositũ antecedentis. Nam si vnum homo esset: non doleret, dolet autẽ: non igitur est vnum. Pari etiam modo rationem ex curationis conditione desumptam interrogabimus. Si homo esset vnũ qui etiã doleret: modus illi medendi esset vnus, sed medẽdi modus non est vnus: ergo si est vnũ, homo non dolet. Erunt itaq; partes nostræ, vt hunc etiã locum illo tractemus modo, quo & priorem: quippe vt ostendamus secundũ primo cõsequẽs esse, atq; etiam quòd probè oppositum consequentis sit acceptũ: vt sic & rationẽ exponamus, & fidem illi, prout res ipsa poscere videtur, afferamus. Quum autẽ satis in superioribus monstratum sit, quòd homo si vnum esset, nunquam doleret: nunc posito etiam quòd ipse doleret, vnica tantùm sit futura curandi ratio, facilè intelliges, si cogitaueris, quòd si quid à nulla re exter-

na pati potest:reliquum est vt tantū interne à sua ipsius natura patiatur. At verò quū vnica fuerit ipsa rei vniuscuiusq; natura: vnicus etiam statim futurus est affectus. Hoc verò ex necessitate sequitur, quòd ratio redeundi in naturalē statum, vnica sit, at hoc quid aliud est, quàm ipsamet curatio? quare quod ipsum per se patitur, vnicā habebit, quā curari possit, rationem, sicut vnicum etiam est id, quod curandum est. Quæ omnia quàm apertè falsa sint: nulla nostra expositione prætereà egent, sed ex primā suppositionē sequuntur, quam Hippocrates ex abundanti, quanuis ea ipsa omnes limites excederet eorū, quæ quoquo modo esse possint, introducere voluit, vtpote quia nihilominus ex hoc etiam supposito, id cōficiatur, quod ab initio fuerat propositum. Nā quòd nos non doleremus quando vnū esset elementum: verissimum est. Sed non ita deinde est verum, si vnum supponatur elementum: quòd nos dolituri simus. Attamen ob id & ipsum supponitur, vt ex illismet, quæ hoc ipsum suppositum sequuntur: ostendat principium illud euerti, quum vnicus tunc futurus sit morbus, atque etiam vnica medendi forma, & vnicum prætereà remediū, sed non vnicū est remedium: erit ergo hypothesis falsa

in qua subiiciebatur vnū esse elementum. Satis enim euidens est, non vnicū esse remedium: quū multi dum calefiunt sanitati restituantur, nec minus etiā reperiātur, qui refrigerati ex morbo conualuere vel humectati, nec desunt etiā quos exiccātia iuuerint, nec prætereà quia aliqui sint acerbis aut amaris medicamētis curati, idcirco etiā omnes: sunt enim qui dulcibus vel salsis, atq; etiam vt multi his vsi, quæ aluum astringunt: ita alii his quæ eandē cient, sani euasere: & sicut alii densantibus, ita nōnulli rarefacientibus, vt tandē in vniuersum hoc affirmare liceat, nullum vnquam reperiri curandi modum, quin & alter illi contrarius statim reperiatur. Rectè igitur asseruit, remedium non esse vnū. Atqui ex hoc ipso pronuntiato, & altero quod ex suppositione desumptum est: efficitur non esse elementum vnū, vt tandē vniuersam rationē hoc ferè modo interrogare oporteat: Si homo & esset vnum & etiā doleret: modus quoq; quo esset curandus, vnus foret: modus verò quo curatur, nequaquam est vnus: igitur nec homo, si est vnum, dolet. Itaque nihil amplius, aut ea quæ circa huius operis initia inducta sunt inquirere, aut præter hæc, quæ nunc à nobis dicta sunt, alia quapiam expositione erit opus,

quum ex his facilè huius viri sententiã habere possimus. Ipse verò ait. Quicunq; eos cõsueuerũt audire qui de natura humana disserunt, procul ab eo quod ad medicinã attineat: illos minimè expedit hũc audire sermonem, neq; enim dixerim hominem esse omnino aërem, neq; ignẽ, neq; aquã, neq; terram, neq; aliquid aliud, quod non in homine vnicum esse appareat. Græcè verò sic, ὅτι μὴ φανερὸν ἐστιν ἓν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, quæ non eo legenda sunt modo vt ἐνεὸν simul, ac leni spiritu proferatur, quasi vnica sit pars orationis, quemadmodum multi ex Hippocraticis legere soliti sunt, sed potius aspirantes, & in partes duas diuidentes, ac si ita dixerit: neq; enim dixerim ipsum hominem esse vsquequaque aërem, neq; ignem, neq; aquam, neq; terram, neque aliquid etiam aliud, quod non appareat vnum ac solũ in homine existẽs. Namq; quòd vniuersis is sermo quem ipse priorẽ habuit, ob id factus sit, vt probaret elementũ minimè esse vnum: tum ex his ostenditur quæ ipse paulò anteà dixit, tum vel maximè ex his quæ statim circa initia subiungit præcedenti sentẽtiæ, quum ait: Dicunt enim vnũ esse id quod est, atq; hoc & vnũ esse & omne, sed inter se nõ conueniunt deinde nominibus: nã ex eis aliqui

id

id vnū atq; omne ſtatuunt eſſe aërem, alii aquā, alii terrā, alii ignē. Itē paulò pòſt. Ex medicis quoq; nōnulli hominē autumant eſſe ſolū ſanguinē, quidā verò ipſorū, bilē arbitrantur eſſe hominē, aliqui pituitam. Poſtmodū illos refellere aggreſſus eā dictionē protulit, quam ego priorē expoſui, quę in vniuerſum efficax plurimū eſt, tam cōtra medicos, quàm cōtra naturales philoſophos. Mox verò ſeorſum medicos his etiam verbis inſectatur: Ego verò cenſeo, opus eſſe illū qui affirmet ſolū ſanguinem eſſe hominem, nec quippiā prӕtereà aliud oſtendere ipſum, nec formā tranſmutare, nec alio etiam modo variari, & vt vel tempus aliquod anni, vel ætatis monſtret, quo vnus ſolusq; in homine ſanguis conſpici poſsit. Nā conſentaneū rationi videtur, vt aliquo ſaltem tēpore id, quod in ipſo vnū eſt, repræſentet, & eadem ego illis oppoſuerim, qui volunt hominē ſolā eſſe pituitam, necnon & illis qui ſolā bilem. Ac tandem finē huic rationi facturus, hęc iterum ſubinfert: Neceſſe igitur primū eſt, generationem minimè ex vno fieri, quī enim poterit quod vnum eſt, niſi alteri cuipiam cōmiſceatur, aliquod aliud gignere? Atq; iterum deinde: Quo vnquam modo rationi conſonum eſt, quicquam ex vno fieri:

quãdo nec ex pluribus etiã posſit quicquã conſtitui, niſi ea ex mutuo temperamento probè ſe habuerint? Et rurſus poſtmodũ: Quare neceſſe eſt, ſi huiuſmodi ſit natura cum hominis, tum aliorũ omniũ, hominẽ non eſſe vnum. Denuoq; in ſequentibus. Neceſſarium igitur eſt, quum adeò inter ſe & ſpecie, & poteſtate differãt, ea nõ eſſe vnum, niſi ignis quoq; & aqua vnum fuerint. Itaque in omnibus his, & prætereà in ſequentibus etiam, nihil aliud agit præterquàm quòd eos apertè inſectatur, qui vnũ eſſe elementum decernunt. Quare patet quòd idẽ etiã agit, dum ſtatim circa principia huius ſermonis, quæ nos etiam expoſuimus, ea profert: hominẽ, inquã, non eſſe ſolum aërẽ, neq; ignẽ, nec quicquã aliud, quod non in corpore vnum eſſe appareat. Nam & ea parte qua ipſe ait, Mihi videntur hi qui hominem eſſe vnũ autumant, in hanc veniſſe ſententiã: explicat vnde nonnulli inducti ſint, vt dicerent hominẽ eſſe vnum. Quos quum mox etiam refellit inquiens: Atqui primùm nullus vnquam ex ſuperfluente purgatione mortuus, ſolam bilem excreuit. Necnon cũ de cæteris ſuccis, de quibus mox differit: eadem etiam profert, humanam nimirum naturam non ex vno penitus ſucco, hoc eſt, elemento,

 ſed

sed ex quatuor cõstare: nihil aliud omnino agit, nisi quòd id concludit, quod erat pollicitus statim ab ipso principio, vnũ nõ esse ipsum hominem. Porrò fatua est hæc tam naturaliũ philosophorũ, quàm medicorum opinio, qui vnum vel hominis vel ipsius etiã vniuersi esse elementũ asserunt. Et sanè mirandum est, quo vnquam pacto illi qui talia introducunt, aliqua à quibusdam hominibus existimatione digni habeantur, quũ tamen neq; sit arduũ illos cõfutare. Aggressus attamen Hippoc. est illis contradicere, non quòd se magni aliquid facturum arbitraretur: sed magis celebritate eorũ motus. Nullas enim vel probabiles, vel, quæ solui facilè non possint, rationes hi afferũt, qui vnũ esse elementum ponunt, sed eas tantũmodo, quæ fallaciam omnibus expositam, quæq; facillimè deprehendatur habeãt. Qui etenim aquã esse elementũ censent, ob id hoc arbitrantur, quòd ea densata & quasi coacta in terram vertatur: rarefacta verò, ac veluti fusa, in aërem: quæ si prætereà magis rarescat ac fundatur, in ignem transit: & proindè eã esse elementũ affirmant. Sed & qui aërem: ipsi quoque aiunt illum rariorẽ factum, ignem effici, densiorem verò, aquam, qui si etiam densetur magis, terram gigni.

Ali

Alii autem quũ terram intuerentur, quæ si aliquantulũ & moderatè rarescit & funditur, in aquã trãsmutatur; si magis, in aërẽ: si maximè, in ignẽ: hoc argumẽto probant terram, ipsum esse elementum. Nec secus etiam agũt qui ignem esse elementum statuũt, quia enim si iis densetur, & quasi in seipsum cogatur, in aërẽ vertitur: si id ipsum magis patiatur, magisq; densetur, in aquã, si quãplurimũ densetur, in terrã: ideò efficere volũt & isti hoc ipsum esse elemẽtum. Attamẽ hæ istorũ rationes perquàm apertam & in promptu absurditatem habent. Porrò hi omnes de mutua elementorum transmutatione verba faciunt, nec tamen se id demõstrare arbitrantur: sed potius id quod vnusquisque eorum appellat elementum. Non autem idem est de aëris ignisq;, & prætereà terræ, & aquæ inter se inuicem transmutatione sermonẽ habere, ac de elementis: vtpote quoniã non eò ꝙ possint inuicẽ ex natura trãsmutari, vnũquodque ipsorum elemẽtum est: sed quòd primum atq; simplicissimum sit. Vnde & Plato in Timeo ostensurus his omnibus communem materiam esse subiectam: de mutua illorũ transmutatione disserit, erat enim ipse peritus methodi demonstrandi, & proinde primorum corporum transmu-

ratiõe probè vsus est. At Thales, Anaximenes, Anaximander, necnon & Heraclitus ex eorũ mutua transmutatione vnũ quodpiam ex illis esse elementum demonstrare conãtur, ita tamen vt alius aliud introducat. Qui mihi videntur oẽs cõmunem illã somniasse materiã omnibus elemẽtis subiectam: quã vt vnicã videre, ita etiã vnum esse elementũ arbitrati sunt. Sed par quidẽ deinde erat vt dicerent hócne, quod cõmuni quadã ratiõe omnibus subiectũ est, aëri inquã, & igni, terræq́; & aquæ, esset id elementũ, at illi hoc prætergressi vnũ quodpiam ex his quatuor id elementũ esse promulgauerunt, & quidem hi omnes cõmunem habent in demõstrando sententiam, nõ tamen idem posteà elementum constituũt, quos & Hippocrates statim inter huius libri initia carpit, dum ita ait: Oẽs quidem eadẽ vtũtur sententia, nec tamen eadem deinde dicunt: moxq́; hæc etiã addit: Et ad id quidem quod ipsi sentiunt, eundẽ afferũt ratiocinii modum, nec eadem tamen pronuntiãt? At quísnam erat, quæso, is ratiocinii modus? is qui superius à nobis expositus est. Qui enim terrã esse elementũ posuit, inde ratiocinatur, ꝙ ea fusa in aquam vertatur, quæ si magis insuper rarescat, in aërẽ, & ex hoc tandẽ in ignem,

si ma

ſi magis adhuc fiat rarior, & ex hac ratiõe colligunt terrã eſſe elemẽtũ. Et eiſdẽ innituntur qui aquã aiunt, aut ignẽ, aut aërem, ſicuti priùs à nobis expoſitũ eſt. Hi igitur omnes quantũlibet in variis verſentur poſitionibus, eodẽ tamen vtũtur epilogo. Et ſanè primam, nõ eam inferũt cõcluſionẽ, quæ illi propria peculiariſque ſit, propria enim ea erat, vt dicerẽt, vnũ eſt ergo ſubiectũ, vnaq; ſubſtãtia quæ omnibus pari ratiõe primis corporibus ſubiicitur. Deinde nec id animaduertunt, ꝙ omnes vnam eãdemq; demonſtrationem ad quatuor materias accommodare volũt. Et nimirũ hæc ambo illis obiicit Hippocra. dum ait: Et
» aſtruit ſuam eorum vnuſquiſque rationẽ
» teſtimoniis ac cõiecturis quibuſdam, quæ
» tamẽ nihil ſunt. Apertè inſinuat illos procul ab omni demonſtratione nugari, potiusq; ſeipſos fallere, quàm quòd aliquid
» conficiant. Et quũ præterea addit: Quòd
» in eadem ſententia omnes verſantur, nec
» tamen eadem dicunt, nempè neque id cognoſcunt. Hac etiam parte indicat eos latêre, ſe rebus diuerſis, ac pugnantibus velle vnam eandemque aptare demonſtrationem. Vnde ait deinde ipſe: Cuiuſcunq;
» lingua magis ſoluta fluenſque turbæ viſa
» fuerit: is in ea diſputatione ſuperior iudi-

catur. Turbam porrò rudem imperitorum hominum multitudinem appellat, qui nec etiam quid sit demonstratio nouerũt vnquam, vnde rectè quidem hæc ipse deinde intulit. Sed (vt mihi videtur) hi homines ipsi suis ipsorũ, quibus in differendo vtuntur, verbis seipsos præ imperitia in errorē detrudunt, Melissiq; sententiam erigunt. Is enim habito sermone de vniuersitate, absurda quædam pronuntiauit: omnia nimirum esse vnum, & id intransmutabile & infinitum. Vnde ex qua parte aërē aiũt, aut ignem, aut aquam, aut terrā esse vnũ, & omne: ex ea etiam ratio Melissi firmari videtur. Data nãq; optione, vt ex his duobus decretis, adeò tamē absurdis, alterum eligatur res periclitari videtur, ne Melissi sententia sit præferenda. neq; enim ipse id quod à principio supposuerat, procedente disputatione euertit, quod tamē illi cõmittunt, quippe qui ponunt quidē vnũ esse rerum omniũ elementũ, mox verò de eius transmutatione aguntita, vt tandem quatuor entia cõstituāt, at melius foret id vnũ intransmutabile fecisse, si sit reuerā vnum, quoniā si trāsmutetur, quo modo erit amplius vnũ? Meritò igitur autumat Hippocrat. eos omnes, qui vel aquā vnũ esse elementum inquiunt, vel aërem, vel ignē, vel

te

terram: Meliſsi rationem erigere, quæ tamen eò eſt abſurda, & ab omni prorſus euidentia ſemota, vt neq; mereatur quòd illi quiſquã contradicat. De eius tamẽ abſurditate ab Ariſtotele quoq; in primo naturalis auſcultatiōis libro plenius diſputatũ eſt, imò videtur ille in ſuarũ rationũ forma Hippoc. imitatũ fuiſſe. Præfatus etenim ab ipſo ſtatim initio, quòd cõſiderare quidẽ ſi ens vnũ ſit & immobile, nõ eſt de natura cõſiderare, atq; hoc deinde etiã demonſtrato, & proinde quòd neq; ſit opus rationibus Meliſsi & Parmenidis contradicere, vtpote quia vtræq; ſint manifeſtò abſurdæ: attamẽ mox in illius libri proceſſu eos inſectari deprehenditur. Nec ſecus etiam Hipp. ac ille egit, vtpote quem (tametſi primùm innuiſſet illos qui aiũt vnũ eſſe elementũ, eò medicinã labefactare, vt neque operæ pretiũ ſit eos hũc audire ſermonem) eorũ ſentẽtias poſtmodùm refellere comperimus. At verò quòd ii qui ens pronuntiant eſſe vnũ, philoſophiæ naturalis principia tollant, vt ait Ariſtoteles, atq; etiam medicinæ, vt Hippocrates: eſt ſanè quàm manifeſtũ. Naturalis etenim ſciẽtia corpora quæ generãtur ac intereũt, quæq; prorſus ſunt expoſita trãſmutatiōi cõteplatur, ea verò, ſi vnũ tantũmodo ens fuerit,

omnino deleantur. Quibus deinde ablatis, pariter & medicina tollitur, primùm quidẽ ob id, ꝙ ea sit quasi generationis & interitus ministra, & proinde nisi hęc concedãtur: illa etiam tollitur, deinde verò quia ab iis ipsis qui ens esse vnũ opinãtur, tot variæ multiplicesq́; tollũtur medendi rationes. Nam vel nihil corpora nostra tũc paterentur, vel si paterẽtur, vnus tantùm foret patiẽdi modus, & proinde vnica etiam esset medelę ratio. Quod si fuerit, vniuersa porrò medicina ruit, quippe quia si multa sint remediorũ genera, ad medicum mox pertinebit ea excogitare, quæ vnicuique morbo cõducere possint. At quũ vna tantũmodò fuerit vt morbi, ita etiã remediorũ ratio: nullũ relinquitur amplius curãdi periculũ. Rectè igitur Hippo. protinus inter initia ita ait: Quicũque eos cõsueuerũt audire, qui de natura humana procul ab eo quod ad medicinã attineat disserunt: illos minimè expedit hunc audire sermonẽ. Et deinde subinfert: Neq; enim dixerim hominem esse vsquequaq; aërem, hoc est, penitus vnũ & solum. Quia si quis id ipsum affirmare velit: is fertur vlterius quàm ratio medicinæ exposcat, & artis principia subuertit. Nã hoc medico imprimis cõcedi opus est, multas nimirũ esse morborũ,

multas etiã prçsidiorũ species, qđ nisi cõcesserit: statim è medio tollet ipsa medicinæ principia. Procul igitur erit is sermo à finĩbus medicinç. Iam enim nullus est artifex, qui illis cõtradicat, qui suæ artis principia, destruit, imò hoc ad alium pertinet. Quod facilè vel ex ipsius Aristotelis verbis perdiscas, quæ se in hunc modũ habẽt: Vt enim nequit Geometra contra eũ, qui sua tollit principia disputare: verùm hoc vel alterius sciẽtiæ munus est, vel pariter omnium: ita nec philosophus naturalis. Nam illi qui ea destruũt quę perspicuè apparẽt, iurè essent coarguẽdi ab omnibus in vniuersum hominibus, vtpote quia vitã subuertãt, aut saltem ars aliqua, prçter has oẽs particulares, instituenda est, cuius sit pro principiis artium omniũ propugnare, etenim particulariũ vnaquęq; artiũ ex principiis, quę pro cõfessis habẽtur, progreditur. Vnde videntur tam Aristoteles, quàm etiã Hipp. suum eodẽ ferè modo digessisse sermonẽ, quem tamẽ expositores intelligẽtia nõ cõsequũtur. Siquidẽ Hipp. nõ ea propter dixit hũc sermonẽ illis nõ cõuenire qui de humana natura audire cõsueuerũt, secùs ac in medicina illis cõducere possit: quòd eos contemnat, qui ignem & terram, & aquam, & aërẽ in elemẽtis ponunt: imò ab initio sta-

tim ad extremũ vſq; eos increpat, qui vnũ tantum ex his ponit, quodcunq; modo ſit illud. Id nanq; eſſet prorſus ab omni ratione alienum, ſi propterea quia nullũ ex his quatuor ſolum ſincerumq; cōſpiciatur in corpore: velit etiã negare ea omnia ſimul reperiri. Eſſet enim hoc perinde ac ſiquis credere nollet medicamētum quod tetrapharmacum appellatũ eſt, ex cera, reſina, piceq; & adipe cōponi, quoniã eorũ nullũ integrum ſincerumq; cōtineri videat. Sed cur de his quæ inuicem per tota miſcētur & temperantur amplius loquimur? quum neq; ſicciora medicamenta, vt ea quæ ex cadmia, ære vſto, ſtimmiq; conſtant, ſi illa ſint optimè læuigata, videantur vllum ex his ſimplex purumq; ſeruare, nec vllã vnquam poſſis, quantumlibet vel minimã accipias particulam, inuenire vbi quodpiam ex his ſincerũ alteriq; impermiſtum inſpicias. Igitur, tametſi nullũ etiam è quatuor elemētorum numero integrũ, ſincerumq; in animantium corporibus reperiatur: tamen non eſt propterea dubitandum, quin illa ex his ſint cōtemperata, neque eam ob cauſam, ſi mundum ex quatuor elementis conſtare cōcedimus: deinde ab hac horum compoſitione animalia eximamus, ac ſi illa minimè ſint in eo procreata, ſed huc ex-

trin-

trinsecus & aliundè introducta. Vel cur est, quæso, ꝙ tu à me velis terram in corporibus animãtium ostẽdi, quæ sincera sit atque impermista: quũ eiusmodi ne in vniuerso quidem à te ostendi queat? quancunque enim illius particulã acceperis: ea statim erit alicuius caloris, ac humoris cuiusdã aëreæq; substãtiæ particeps, quũ tamen ea terra, quàm etiam esse elementum opinamur, sit quàm maximè dẽsa, grauisq; & sicca, & prætereà frigida. Quòd si tu in mũdo mihi lapidem ostenderis terreum sanè corpus: ego tibi illi simile in animantibus osŝiũ, cartilaginum, pilorumq; genus ostẽdam, ad quod etiã in testaceis animalibus id spectat, quod testa appellatur, quod iam exactè est in speciẽ terræ cõcretũ & exiccatũ. Quare si cupis in animãte terrã intueri; eandem habes qualem in vniuerso, eã verò quæ sola sit, & cuiusq; misturæ expers, neque in illo facilè reperias, quẽadmodũ neq; aquam puram, quæ aliorum nulli cõmista sit, nec ignẽ, nec aërem. Sunt etenim hæc omnia quasi adulterata, & aliis mista, quæ sunt diuersi generis, semperq; alterũ alterius tum magis, tum minus particeps est: vt tamen in ipsa mistione, illius (siquis animũ intẽdat) forma appareat, quod alia excedit. Ne igitur amplius impermistum

quicquam in animaliũ corporibus exquiras,ſed quotieſcunq; aliquam videris particulam frigidã,ſiccamq;,& dẽſam: ea ſatis ſit ad reuocandam tibi terrã in memoriam. Satis etiã prætereà ſit humidum aliquid vidiſſe,& rarũ atq; fluens, ad aquam mente concipiendã.Calor quoq;, qui plurimus in corpore animantis reperitur, tibi ignis memoriã repræſentet,necnon & ſpiritus natura,citra quẽ animal nequaquam cõſtare poteſt,aëris imprimis, ac mox etiã ignis tibi afferat memoriã. Iam ne me popoſceris terrã,quę ipſa per ſe ſit,nec aliorũ vllũ ſincerũ:aut tu mihi prior in tetrapharmaco cerã oſtende. Nã ego nõ poſſum ſanè nõ admirari,ſi tu nõ arbitraris triticũ, ordeũ,glandes,fagos,ficus,leguminaq; omnia, ac fructus ex terra & aqua gigni; quũ tamẽ ea manifeſtò videas ſuũ inde ortũ habere. An ne igitur eorũ ſubſtantia dũ gignitur,ignis eſt & aëris expers? Atqui ſi terrã aqua maceraueris, nihil inde niſi lutũ habebis,legumina tamẽ & eiuſcemodi fructus nõ id ipſum ſunt,lutũ inquã:vtpote quæ ab igne & aëre ſimul per tota tẽperatis partem habeant. Cõcedes forſitan tu glãdes quidẽ ficuſq; ex totius vniuerſi elemẽtis cõſtare,atq; etiã ſtirpes his ipſis priores,quippe qui videas cuiuſq; eorũ ſemen

perexiguum, quod terræ mādatum est, neque millesimā esse particulam totius plantæ, quæ aliā vel vniuersam deinde substātiam à totius vniuersitatis referant elemētis. Sed mox de animātibus dubitas, perinde ac si hæc ab illis nō alantur, oues enim herbas depascūtur, sues non eas modò, sed & glandes, capræ verò præter has arborū quoque teneros ramos. Vnde illis sanguis gignitur, atque corpori alimentū accedit, ac præterea fœtus inde & cōstant & augētur. Nunquid igitur capræ, oues, suesq; ex vniuersis procreatæ sunt elementis, cætera verò quæ his ipsis vescuntur, aliunde primùm habent ortum, aut nutricationē, aut incrementū? Porrò hæc omnia & ab omni ratione aliena, & absurda sunt, atq; etiam multa rerum inscitia referta. Legumina etenim, fructusq; omnes ex elemētis vniuersitatis suam habent originem, è quibus omnia animalia gignuntur, aluntur, & augentur. Audacterq; profitendum est terrā, ignem, aërem, & aquam prima esse, cōmuniaq; rerum omnium elementa, quū ipsa sint inter ea corpora, quæ rerum vniuersitate cōprehenduntur, omnium prima, atq; simplicissima vsq; adeò, vt alia deinde omnia, stirpes inquam & animalia, sint ex his concreta. Atq; Hippocrates in processu

libri de natura humana,nõ modò pronuntiat quòd hæc ſint omnium elementa,quæ mundo cõtineantur:verùm etiam primus ipſe eorũ qualitates definiuit, per quas inter ſe natura agere, & pati poſſunt. Quod dum non aſſequuntur quàm plurimi multiplici verborũ ſignificatione confuſi,turbantur,quemadmodum Athenæo Attaleo contigit,qui vt calidum,frigidũ,humidũ, & ſiccum hominis eſſe elemẽta ſtatuit:ita elementa vſq; eò eſſe euidentia prædicat, vt nullam præterea demonſtrationẽ exponant, qui ea etiam qualitates nõnũquã ac poteſtates appellat,nũquãverò eſſe corpora concedit,nec audet hæc fateri eſſe ignẽ, aquam,aërem,& terram,qui, & ſi nullus è iunioribus æquè vniuerſam rei medicæ rationẽ,ac ipſe literis mandauerit:in hoc tamen & in multis prætereà aliis, vnà cũ reliquis ferè omnibus erraſſe deprehẽditur. Nemo enim,quod equidẽ nouerim,antiquam medicinã accuratè tractauit,aut methodos à priſcis illis nobis traditas abſoluit.Quin etiam,ſi verum ingenuè fateri liceat,dixerim multa ex his,quæ ab illis præſtātiſſimè dicta ſunt,hos detraxiſſe.Siquidem Athenæus ait elemẽta eò eſſe euidentia,vt nulla egeãt demonſtratione. Sed libenter ab eo ſciſcitarer,háncne euidentiã aſſe

aſſecuta ſint ea ratione, quâ elemẽta ſunt: an potius ex ipſis eorum ſubſtãtiis, quibus déinde accidit, vt elemẽta ipſa ſint: quoniã ſi ex ſubſtantiis, cur nõ etiã affirmat ſalubria morboſáq; eſſe omnibus hominibus manifeſta, quę nulla propter eorũ euidentiam diſciplina, nullaque demonſtratione egeant? Iam enim nemo eſt qui panem lentemq; non agnoſcat, necnon & ptiſanã, & carnẽ, alicãq; & mulſam: ſed quos deinde hæc ſigillatim poſſint vel iuuare, vel lædere, nõ eſt æquè omnibus cõpertum: inde tamen habent, vt hæc ſalubria ſint, illa verò morboſa. Norunt igitur omnes panẽ, ptiſanãq; ſalubria tamẽ, & morboſa ignorant. Et idem de medicamentis dixerim, nemo ferè eſt qui veratrũ, elaterium, ſcãmonium epithymum, irim, & helenium, tractare nõ poſſit, nõ poſſit etiã olfacere, inſpicere, & guſtare, qui tamẽ quũ ignorẽt poſtea quid commodi quídve incõmodi ea poſſint afferre, ignorant etiam quid ſalubris contineant, & quid inſalubris. Atq; pari etiã paſſu, quis eſt qui euidentiſſimè, & ope ſenſuũ omnium terrã non norit aquamq; & ignẽ & aërem? ſed quòd ea ſint elementa, adeò eſt pleriſque hominum occultum, vt nonnullos quoq; ex philoſophis lateat. Dicet forſitã quiſpiam ex ſectatoribus Athenæi.

ſe

se quoque de his nihil pronũtiare, quippe quòd limites artis medicæ excedãt, sibi verò satis esse calidum, frigidum, humidum, & siccum, quæ etiã in animalibus possunt perspicuè ostendere, corporum etiã ac medicinæ vniuersæ elementa supponere. Verùm enimuero quàm sit ab omni ratione procul, velle vt animaliũ, ita medicinæ elementa statuere calidũ, frigidũ, humidum, & siccum: nihil arbitror esse opus vt à me in præsentiarũ ampliùs explicetur, quum idipsum dogma à quàmpluribus palàm, & perinde ac in scena taxetur, iãq; & derisioni atque infamiæ sit, & non parũ prætereà de fide detraxerit sermoni antiquo. Nam quis est qui vnquam magis illum prodiderit, quàm qui elemẽta ait nulla ob eorum euidentiam demonstratione egere, quiq; censet deinde hæc esse supponẽda tam animantium quàm medicinæ esse elementa? Ego verò monstrare statui, quòd hominis sit quasi stupidi, & quẽ omnino verborum multiplicitates lateant: vereri quidem nominare aquam, ignẽ, terram & aërẽ: malle autem calidum, frigidum, humidum, & siccũ appellare. Nec id agam, ne Athenæũ erroris damnem, verùm potius vt in causa sim, ne alii in eundem cum illo errorem labantur, atq; vt interim etiam ostẽdam vel

ex ipsismet rebus neminem vnquam posse decretum aliquod accuratè cōstituere absque ope ipsius logicæ disciplinæ. Deos autem testor, me non secus hæc narraturū ac mihi euenerint: iam ergo narrationem aggrediar. Quo primùm tēpore ille qui hæc profitebatur dogmata, me Athenæi sentētiam docere nitebatur: ego in primis ab illo requirebam, vt nominum multiplicitatem exquisitè distingueret, quippe quū me profectò lateret, quando ille calidum, vel frigidum, vel humidum, vel siccum, vel aliquod aliud huiusce generis nomen proferret, in quam subiectam rem illud foret referendum: dicebam etenim albus non modò color ipse dicitur, sed corpus quoque, quod eo colore imbutum est. Nam vt colorum dicimus, hunc album esse, illum nigrum, alterum rubeum: alterum verò flauum, alterum pallidum: ita etiam de corporibus, quæ istis sunt coloribus infecta loquimur: cygnum enim & lac album dicimus, coruum verò & æthiopem nigrum. Et eodem, inquam, modo sæpè audio qui corpus ipsum, vtpote, ignem, calidum appellent, nonnunquam solam qualitatem eam quæ illi indita est. Vnde quum album profers, non etiam percipio quid tu mihi velis significare, solám

Iamne qualitatẽ,vel prætereà & corpus ea affectum.Ille autẽ statim ad hæc promptè admodum respõdit,fassusq; est se nõ qualitatem solam,sed vniuersum hoc corpus, inquam,calidum,sic appellare. Verũ quum iterũ deinde illum percunctarer:Tunc igitur elementum solum id corpus ais, quod summè calidũ est,aut potius nec illa alioquin ab elementorum numero eximis,quę moderatè calida sint?& hoc idem de frigido quærebã humidoq; & sicco.At ille cœpit hęsitare,nec amplius ita expeditè respõdebat,dixit attamen: Ecquid tibi hoc tandem refert? Plurimum inquã,tanti nimirũ quanti,vt vel infinita sint elementa constituenda,vel finita. Quoniã si quis in elemẽtis vel mediocriter calida aut frigida,aut humida,aut sicca posuerit:cogetur statim fateri infinita elemẽta.Sed qui id tãtũ quod summum est,non amplius infinita:quũ id in vnoquoq; genere vnicum sit,vt demum finita quatuorq; futura sint elementa.Igitur ait ille:Tu quoque hoc modo accipe finita quatuorq; elemẽta. Tum ego, iam ita satis constat,ea & prima esse, & simplicia, atq; sibi qualitates summas vẽdicare. Tum ille,& tu cur tãdem hoc vel etiã quàm par sit curiosiùs scrutaris? Vt id quod dicitur (inquã ego)exactiùs apprehendam. Ille ve

rò,

rò,ita equidem dico,& tu quoq; ita intellige.Sed quum mox iterum interrogassem: tu,quæso,quo pacto iubes me elemētū intelligere summè calidum aut humidū?ipse non parum pertubatus,ac ira incitatus respondit:Corpus id calidum appello,in quo calor superat,& eodem etiam modo frigidum & humidum,& siccum,vbi vnūquodque eorū quæ nūc recensuimus,excellit & exuberat. Nihil sanè vetat(dicebam ego) quin ita loquamur,nā & panis,& lens,atq; etiam ptisana,& balneæ calidę dicūtur:attamen nunquā putarim te hoc à me exigere,vt existimem vnumquodque horū esse elementū,sed id potius quod summè calidū est,& humidū,& pari modo quod summè siccum & frigidū est,quum sit opus vt simplex sit elementū,& cuiuscunq; mistura expers. Qui,ait,sic tu quoq; intelligas: neq; enim is sum,qui velim asserere lentē, aut ptisanam esse elemētū. Atqui, inquam ego,quotiescunque existimauerim id corpus esse elemētum, quod summè calidum sit:quid aliud putauerim ego quàm ipsum ignem?Esto,dixit ille, ignem puta. Vísne igitur,dixi,vt ratione eadem quod summè humidum est,aquam arbitrer?vix tandem ille assensit. Quare,inquam,ad ignem,aërem,aquam,& terrā, vnde maximè inter

initia aufugiebamus, demum deuoluimur? Ille verò, inquit, tu es qui istis rationẽ conturbas, statimq; ad alios discipulos cõuersus ait: Hic in dialecticis studiis educatus, ac inde quadam veluti † scabie repletus (ita enim ipse loquebatur) omnia distorquet, peruertit & cõfundit, nos fallacibus quibusdam rationibus petẽs, vt quàm ipse sit dialectices peritus ostendat. Accessit igitur ac postulauit nos arbitrari calidũ multiplex habere significatum, primùm vt qualitatẽ significat, quemadmodũ album colorem: deinde verò corpus, id quod ea qualitate summa affectum est: tertio loco, illud in quo hæc qualitas alias superat, calidũ nũcupatur, sicuti balneũ. Verùm nos qui nũquã istius modi sophismata diluere didicimus: illi qui ea cõtexuit soluẽda relinquemus. Porrò hæc mihi euenere quũ annum agerem decimumnonum. Postmodum autem, ne contentiosus viderer: plurima silentio præteribam, mecum tamen ipse cũ alia multa, tum vel maximè elementorum rationẽ meditabar, atq; etiam nõ parum admirabar, Athenęũ non animaduertere quã seipsum confundat, dum calidum, frigidũ humidum, & siccũ nominare audet, & ea ignem, aquam, aërem & terram dicere recusat. Equidem, ait ipse, quippe quum proxim

† malè leg. in impres. codi. Græ. χώρας pro ψώρας.

xima sumere velim animalium elementa, nõ quæ corporum omnium cõmunia sint. proxima verò propria appellat, ita nimirũ vt nullius alterius sint. Ego verò inter huiusce libri initia præfatus sum plurimũ inter ea quæ videntur interesse, & ea quæ vera sunt elementa, non erit tamen ab re, vt mihi quidẽ videtur, si de re hac in præsenti quoque longiorem habuero sermonem. Etenim si elemẽtum minima sit simplicissimaq; rei particula: atq; hoc si sensu deinde metiri oporteat: profectò os, cartilago, ligamẽtũ, vnguis, capillus, adeps, caro, neruus, medulla, filamenta, membrana, & tandem (vt omnia vno simpliciq; verbo cõplectar) similaria cũcta erũt humanorũ corporũ elementa. Est ne igitur quispiã locus vbi Athenæus reperiatur posuisse hęc in elemẽtis? Atqui ille ipse scriptum reliquit, similaria quæq; ex primis esse confecta elementis, alias post modũ animãtis particulas ex similaribus cõstitui. Qui si etiam interrogaretur, quænã essent carnis, exempli gratia, aut pinguedinis elemẽta: calidum procul dubio respondisset frigidumq;, humidũ, & siccum. Quare pari passu ossis etiã & cartilaginis, necnõ & capilli dreeret ille calidũ, humidũ, frigidũ & siccũ esse elemẽta. Iam ergo tempus esset ab eo percũctandi,

qualénam ſibi vellet humidum vel ſiccum, calidũ vel frigidum: humidum etenim ſecundum exuperantiam, caro eſt: ſiccum verò, cartilago: ſicut os frigidum & ſiccum: adeps, calida & humida, atq; etiam cætera ſimilaria ex aliquorũ ſimpliciũ dominatu ſigillatim talia erunt vel talia, & proinde ſi quis illud eſſe elemẽtũ ſtatuerit, quod aliquo iſtorũ exceſſu calidũ ſit aut frigidum, aut humidũ, aut ſiccum: porrò os, & cartilago, & neruus, necnon & reliqua huiuſce generis prima erũt humano corpori elemẽta. At noluit Athenæus illa eſſe elementa: ſed ea quę hęc ipſa cõſtituũt. Liquidò itaq; conſtat quòd ille ſenſum tranſgreditur, ad eaq; progreditur quę verè & ex ipſa ratiõe prima ſunt & ſimplicia, & quæ nequaquã amplius per alicuius in eis dominationẽ talia vel talia ſunt, ſiquidẽ eſſent tunc & hæc ipſa cõcreta, & à propoſito bifariam aberraremus. Nam & propterea ſenſilia miſſa fecimus: vt quippiã, quod ſimplicius eſſet, inquireremus: & tamẽ nihil deinde in his abditis, quod ſimplicius eſſet, aſſecuti ſumus. Etenim in illis euidẽtib⁹, ſi nõ aliud, hoc ſaltẽ habebatur: quòd comperta hæc nobis erant confeſſaq;, quũ nemo non fateatur cartilaginem, membranam, & adipem, cæteraq; ſimilaria primas eſſe, ſi ſen-

sui attendamus, simplicissimasq; particulas. Quòd si hæc ob id aliquis dimittat, quia natura cõposita sunt, quantũlibet sensibus simplicia videãtur, nec postmodum aliud quicquam quod simplicius sit, introducat: nescio profectò quam possit ille honestam proferre excusationẽ, ne inaniter & superuacanea nugari videatur. Quotiescũq; enim voluerit calidũ frigidúmve, similiter humidũ & siccũ nominare, quod secundũ dominationẽ tale est: iam elemẽta habet & satis etiam perspecta, neruũ inquam, membranã, cartilaginẽ, carnem & ligamentũ, & reliqua etiam illa quę nuper recensuimus. At si illud inquiris, quod natura simplex sit: oportet statim, id haud esse mistũ tẽperatúmve, & prætereà summa esse qualitate affectum. Rursum igitur ad ignem remeas, & aërem, aquámque & terram, quippe quòd in his solis qualitates reperire possis absq; vlla mistura temperieq;. In igne nimirum, calorẽ summum, summamq; siccitatẽ, summum frigus cum siccitate in terra, & in reliquis reliquas, prout sua cuiusque natura postulat. Porrò si quatuor elementa nolueris ponere, sed ex his vel duo vel tria: possis forsitan huius aliquam afferre rationem. At affirmare esse elementũ, quod summò humidum

est: simulque mox arbitrari illud esse quippiam ab aqua diuersum, extremæ cuiusdã ineptiæ est, nisi forsan solas velis qualitates, nec ipsa illis affecta corpora esse elementa, nam tunc non aqua: sed humiditas elementum erit, nec ignis, sed summus calor. Quòd si ita fuerit, primũ quidem iam vltra ignem aëremque, & aquam, & terram, tuam profers rationem, qui ne ea quidẽ attingere audebas, vtpote quia medicinam excederent. Deinde verò facilè conuinceris quòd ignores quàm ab elemento principiũ differat. Iã enim quòd summus calor sit igne simplicior, atq; etiam quòd illo ad materiam accedẽte ignis gignatur, pro cõfesso ab omnibus philosophis habetur, quos ipse imitari studet. Et fatentur etiam omnes, quòd materia quædam quæ omnib⁹ elemẽtis subiecta est, quæq; omni caret qualitate, necnõ & summus calor in ea procreat⁹ sint igni suę generationis principiũ, & præterea quòd hæc eadẽ materia sit semper ab omni penitus generatione & interitu immunis, qualitas verò ea sit quæ in illa gignatur & intereat, et quòd opus sit vt elementũ sit eiusdem generis cũ illo cuius est elemẽtũ. Eò enim elemẽtũ à principio differt, quòd minimè sit necesse principia in eodẽ esse genere cũ his, quorũ sunt

principia,ſicut elemẽta ad idẽ ſemper genus pertinent.Simplex nãq; qualitas,compoſitæ qualitatis:& ſimplex corpus,corporis compoſiti eſt elementũ.Quòd ſi calidum,frigidũ atq; humidum & ſiccũ dicũtur tripliciter: nã vel ſicuti qualitas,vel ſicut corpus impermiſtum, vel ſicut illud quod miſtum eſt,nec ipſa déinde qualitas elementũ eſſe videtur,neq; etiã miſtũ tẽperatumq́ue corpus relinquitur quòd elementum ſit id corpus,quod eſt cuiuſq; tẽperamenti ac miſturæ expers,quodq́; qualitatibus ſit ſimplex,& tãdẽ ad ipſum ignẽ & terrã,& aërem,& aquam deueniendum eſt,in quibus primis ſummus eſt calor,& ſummum frigus,atq; etiã humor & ſiccitas.Quòd ſi quis ea non audeat fateri elementum,ea propter,quod ex ipſis nullum aut è corpore detrahimus, aut eidẽ imponimus:is ſummã quandã præfert ſtoliditatem.Iam enim quũ ea quæ ex elementis conſtant, noſtris offerimus corporibus: eiſdem quoq; elementa omnino adhibemus.At non ſincera aiunt,neque ſola.Igitur peruerſè etiam dictum eſt,nõ detrahi, neq; apponi elementũ: nam nec ita abſolutè proferendum erat: ſed potius, quòd non ſolum,aut nõ ſine miſtura aut per ſe. Verùm enimuero nec quid tandẽ illi ve-

sint conficere videre possum, neque enim ideò elementorũ contẽplatio iure inutilis habenda est: quia nullũ eorũ quod quidẽ mistum cũ altero nõ sit, nostris offeramus corporibus. Atq; etiã non ob id perperàm pronuntiatũ est, ignẽ aërẽ, aquam, & terrã esse elementa: quòd illa, quæ ex his cõposita sunt, nobis in vsum veniant, nullũ verò ipsorũ seorsum ab aliis, solumq; & per se nobis vtile sit. At verò & ipsis propemodum sinceris huius vniuersi elementis sæpe vtimur, quemadmodũ aqua quotidie cũ bibimus, aut lauamur, vel alio etiam aliquo modo, & aëre quo nos vndiq; ambit, dum illũ inspirando attrahimus, igne quoque interdũ quum frigemus, vt caleamus vtimur. Vt tandẽ minimè videã, quid ipsi conficiãt, quũ aiunt: nunquam ignem, aut aquam, aut aërem, aut terrã vel detrahi è corpore nostro, vel illi apponi. Etenim ego facilè affirmauerim, eum qui alget, & ad ignem vt calefiat, accedit, ignẽ corpori adhibere: & aquam, illũ qui bibit: illũ etiã qui respirat, aërem. Atqui animãtia quoq; quæ vel arena vescuntur, vel terra, vel lapidibus, vel luto, vel ossibus, terram manifestò in corpus introducunt. Quod siqui ob id non putent nullũ nos corpori offerre elementũ, quia nemo eatenus calefiat,

donec vratur, vel bibat quoad rumpatur: erit nempè horum hominũ mirabilis sapientia, qui eousq; deuenire nequiuerint, vt intelligerent quòd si vel vnũ elementũ intereat omnino, sit etiam statim animal interiturum. Interibit autẽ frigidũ elemẽtum, si comburatur, calidum verò, si nimis refrigeretur, similiter etiam si nimis arescat corpus, perit humidũ, & siccum, si nimis humectetur. Vnde è cõtrario se habet hæc res, ac illi sentiunt. Quia semper aut eximitur elemẽtũ aliquod, aut apponitur, verùm id fieri moderatè oportet ab his, qui animal incolume esse volunt, siquidẽ immoderatus eorum vsus ad interitũ ducit. Iam autem id omnino aperire aggrediar, quod in hoc sermone cõsequens est, quodq; istos imprimis latet. Omnia nimirum corpora quæ generãtur & intereunt, duplici transmutationi sunt obnoxia, vtpote quorum substãtia tum alteretur, tum diffluat. Alteratur quidẽ quum calefit, vel refrigeratur, vel humectatur, vel exiccatur, hæ enim qualitates solæ possunt vniuersam (vt paulò post expositurí sumus) substantiam, ac illã per totũ transmutare. Diffluit verò partim per sensiles excretiones, partim verò per eã quę latens diflatió appellat. Quo deinde fit vt duplici egeat

procuratione si incolumis sit seruāda, altera, qua quicquid in qualitatibus modū excesserit, reprimatur, altera, qua loco illius quod euacuatur, restituatur aliquid. Porrò excedentis immoderationē opposita qualitas emendat, quod verò deperditur, nequaquā per oppositā qualitatē reparatur, quū opus sit, vt id quod reparatur, sit priori deperditæq; substātiæ quàm simillimū: siquidem in illius locum reficiendū est in animāte, atq; hoc ipsum, nutriri, inquam, corpora, ex quadā nimirū substātia, sit illi simili, quę priùs fuerit euacuata. Vnde etiā (vt equidē arbitror) ea substātia alimentū appellata est. At verò quū solā eā transmutationē in subiecto quærimus, quæ per qualitates fit: nō amplius illa per quæ idipsum agimus alimentū, sed medicinas potius appellamus. Sanè quum nulla qualitas seorsum à substātia reperiri queat: proinde cogimur eas vnà cum substātiis assumere, ac ita corporibus illis egentibus offerre, quæ si summas eas exposcant, ipsum elementū adhibemus, ignē inquàm, aut aquam, aut terrā, aut aërē, vbi verò mediocri sit opus, misto ex elementis vtimur. Vnde si excalfacere, voluerimus, eiusmodi medicamentū eligemus, in quo maior sit ignis quàm alicuius illi cōtrarii portio: contrà verò, si

refrigerandum sit. Nonnunquam verò si vtrunque horum procurare instituerimus, alterare, inquam, & alere: eā tunc substantiam exquirimus, quæ poßit vtranq; operam præstare, eā nimirum quam cibus, & eam quam medicamentum. Itaq; non amplius hoc exposcant, vt vnumquodq; animal ignem ingerat, aut terrā, aut aquam, aut aërem, aut tandē, illud elementū, quod solum & per seipsum sit, & absq; vllo aliorum consortio: quippe quū nihil nos illud, vel tanquam medicinā, vel tanquam cibū offerre cogat: siquidem cibus rei nutriendæ similis est. Et simile composito corpori, atq; ex elemētis cōtemperato, eorumq; participi, id corpus est (ni me mea fallit opinio) quod itidem ex illis eisdē constitutum sit. Nec sanè semper elementum, vt medicina, vsui est, nisi eo fortasse tempore tantūmodò quo corpus summa eget qualitate. Hæc igitur à nobis aduersus eos prolata sint, qui perperàm Hippocratē intelligunt. Iamq; id etiā prætereà conspicuum est, elemēta in nostros vsus semper venire, vt tamē ea nonnunquam sola & simplicia veniant, quādoq; verò vt in mistione vincentia, & tandē prout corpus id cōstituūt, quod potest nobis vel alimēti, vel medicamēti vsum præstare. Quòd autē Hippocra

tes ab ipsis qualitatibus, in libro de natura humana, sæpius elementa nominet, atque calidũ nõ solã ipsam qualitatem appellet, neq; illud etiã in quo vna quæpiã qualitas alias in mistura superat, hoc vocet modo, sed potiùs corpus id quod est summo calore affectum: & frigidũ, id in quo summum sit frigus: & siccũ, in quo siccitas: ipsa tibi horum verborũ series facilè poterit apertum reddere. Quũ enim ait: quum interit homo, necesse est vnumquodq; rursus ad suam ipsius naturã redire, siccum ad siccũ, humidũ ad humidũ, calidum ad calidũ, frigidum ad frigidũ: non solas profectò qualitates, siccũ, humidũ, calidum & frigidum vocat: sed eas substãtias, in quibus hæc reperiuntur, qualitates. Ipse enim sunt quę animali vita defuncto, abeunt: quæq; elemẽtis vniuersitatis permiscentur. Qualitates verò, possis forsan dicere animãte mortuo interire, ad propriã autẽ eas naturã redire, non item. Sed præterea hæc quoque tradit Hippoc. Talis autẽ est tum animaliũ, tum aliorum omniũ natura, omniaq; similiter oriuntur, atque similiter occidunt: quippe quorũ natura ex his omnib⁹, quæ diximus, sit cõstituta, & vnde vnumquodq; ortum habuit: in id ipsum etiã (vt dictum est) pariter desinit: & proinde ad idipsum tandẽ

red

redit. Quo loco patet non solas illũ qualitates appellare calidum, frigidũ, humidũ, & siccum: sed ipsa elementa, quum ab his vniuersa corpora suam trahant origině, & tandem in hæc ipsa etiã omnia dissoluantur. Quod vt attendas, quammaximè te monitum velim, quum id quàm plurimos medicorum latuerit, qui credãt Hippocratẽ præteriisse, quò minus statuerit omniũ quæ gignantur & intereãt corporum hæc esse elementa. In ista enim nuper à nobis recitata sententia, quater reperies id vocabulum, omnium, repetitũ, sed & superiùs quum dixit, necesse est si talis sit cũ aliorũ omnium, tum etiã ipsius hominis natura, hominem nõ esse vnum: & etiã in sequentibus eodẽ visus est vti modo. Multi attamen ex his qui Hippocratici appellari volunt, hoc cõniuentibus oculis prætereunt, qui prætereà etiã putant Hippocratẽ aliud per calidũ, frigidum, humidũ, & siccũ voluisse præter cõmunia rerum omniũ elementa. Nã quod ipse nunquam senserit, ipsas istorũ qualitates esse corporum elementa: monstratum esse existimo ex illis verbis, quæ iam à nobis proposita sunt, atq; etiam nõ minus ex his, dum ait: Item » nisi calidum cum frigido, & siccũ cum hu» mido se moderatè & æqualiter habuerint, sed

ſed alterum quod valentius, alterum quod imbecillius eſt, plurimùm ſuperet: nulla vnquam futura eſt generatio. Quo loco nunquam velim mihi perſuadeant, illum arbitrari ex qualitatibus, quæ ne ſeorſum quidem à corporibus conſiſtere poſsint, animalia gigni, ſed ex corporibus potius, quibus illæ qualitates ſummæ inſint, ea quippe ſunt communia omnium elementa. Quæ verò calidum, frigidum, humidũ, & ſiccum ob aliquam horum dominationem dicuntur, propria ſunt vnicuiq;. Agedum vt de homine noſtrum ſermonẽ habeamus. Is ex primis ſimpliciſsimiſque his ſenſibilibus elementis conſtat, quæ ſimilaria appellãtur: nempe fibra, mẽbrana, carne, adipe, oſſe, cartilagine, ligamento, neruo, medulla, atq; etiã omnibus aliis, quorũ vniuerſæ particulæ eandẽ omnino formã retinent, quæ & ipſæ quoque ex aliis quibuſdam ipſis proximis gignuntur elementis, ex ſanguine nimirum, & pituita, & bile vtraq;, pallida & atra, quæ item ab illis ortum habẽt, quibus veſcimur, quæq; potamus, at hæc ex aëre, igne, aqua, & terra gignuntur, ipſa verò hæc ex nullo amplius corpore alio conſtituta ſunt, niſi quòd ex materia & qualitatibus, & proinde has principia quidẽ eſſe ignis & aquæ, aëriſq;

& terræ concedimus, elemẽta verò nequaquam, illa autẽ cæterorũ omniũ elementa esse dicimus, vtpote quum rerũ omnium primæ sint, minimæq́; ac etiam simplices particulæ. Itaq; nullus vnquam, qui sanæ mentis sit, dubitauerit, quòd herbæ omnes stirpesque & fructus geniti sint ex igne, aëre, aqua & terra: neq; etiã quòd hæc animantibus omnibus sint alimenta. sed neq; de eo ambiget quispiã, quòd succi qui natura in nostris cõspiciuntur corporibus: ab his ipsis ortũ habeant. Qui verò sint hi & quot, si quis ex nobis percũctetur: ad secũdum librũ hãc huiusce rei inquisitionẽ distulimus, iam enim coronidẽ primo libro imponere properamus. Ex his nimirũ succis, similaria quæq; gignuntur, ipsis verò simul coëuntibus primũ id atq; simplicissimum instrumẽtũ absoluitur, quod vnius functionis gratia à natura procreatũ est, mox autẽ, quũ hæc itẽ vnà componuntur, aliud maius instrumentũ perficitur. Et deinde ex his aliis simul coagmentatis, vniuersi tandẽ corporis integritas constituitur. Quibus de rebus in dissectoriis administrationibus actum est, sed seorsum etiam in alio quodam opere, quã habuerit Hippocrates de rebus quæ per dissectiones corporum apparẽt, opinionem literis

mandauimus. At impræſentiarũ de ſupremis elemẽtis ſenſum effugiẽtibus, de quibus Hippocra. in libro de natura humana ſermonẽ inſtituit, differere propoſui, qui aſſerit quidẽ eos ſuccos quatuor propria, ac proxima eſſe noſtri corporis elementa, communia verò omnium, humidum, calidum, frigidum & ſiccum, ex qualitatibus quippe elemẽta nominat, ex quibus etiam habent, quòd elementa ſint. Quum enim materiæ ſummus accedit calor, iã id vniuerſum elementũ eſt, & eodẽ modo, quũ ſummũ frigus, aut humor, aut ſiccitas: nã nec quod albũ ſit, aut nigrũ, aut leue, aut graue, aut pari etiã ratione, quòd denſum ſit, vel rarum, quódve præmat, vel incidat, vel frangat, & (vt tandẽ in vniuerſum loquar) ex nulla alia qualitate, niſi ex enumeratis illis quatuor, elemẽtũ eſſe iudicatur. Solæ etenim hæ, quum materiam ſubiectã alterant, in cauſa ſunt mutuæ inter elemẽta trãſmutationis, ſuntq; præterea ſtirpiũ ac animaliũ opifices. Porrò Thaletis etiã ſectatores ab ipſa huius euidentia coacti, tametſi id ſuis (vt iam oſtenſum eſt) decretis aduerſetur: mutuæ tamen elementorũ trãſmutationi aſſenſere. Hoc autẽ conceſſo, ſtatim ea ſequebatur cõcluſio, nẽpe vnã cõmunemq; elemẽtis omnibus eſſe ſubie-

cta

ctam substantiam. Quod quidẽ, & Hippocrates quoq; ea ipsa dictione, quã priorem ascripsi, mõstrauit, quũ inquit: Nos neutiquã dolituros, si homo vnũ sit. Qua (quãtũlibet ea breuissima sit) dicebamus doceri vtrunq; eorum, nimirũ & elementa plura esse, & natura ad alterationem habilia. Hoc ergo, vt aptum priori libro finẽ imponamus, iterum repetendũ venit. Quum substantia suaptè natura alterationi exposita sit: mox quænam illæ sint qualitates inspiciendũ est, quæ hoc efficere possint. Hippo. itaque solita antiquorũ breuitate vsus, vt præfatus est hominem, si vnum sit, nunquam doliturũ: statim calidum, & frigidũ, & humidũ, & siccũ, ad omnes adhibet alterationes. Hoc ex euidentia accipiẽs, quòd corpora, quę inter se vicina sunt, nata sunt sese mutuò transmutare calefaciendo, vel refrigerãdo, vel exiccando, vel humectando. At verò nec ipsum latuit, ꝙ si priùs demõstratũ sit vniuersam alterari substantiam: statim subuertitur eorũ sententia, qui aiunt apparentem corporũ alterationem quandam esse concretionem, & secretionem, quemadmodum sensere Epicurus & Democritus, necnõ, quanuis alio quodã modo, Anaxagoras & Empedocles: horum enim alter similaria, alter quatuor

quidem elementa, verùm ea intransmutabilia introduxit. Nos verò eam rationem explicabimus, & illam clariorē, & proinde probabiliorem reddamus, quæ talis erit. Si nos dolemus, neq; specie vna erit, neq; impatibilis nostra substātia: dolemus autem; quare nō vna secundū speciē, neq; impatibilis erit substātia nostra. Atqui si patitur: oportet, vt calefacta frigefactáve, humectata aut exiccata patiatur, quū nulla alia qualitate possint, quæ sibi inuicē proximæ sunt, alterari totā per tota. Nā nec graue si prope rem leuē accedat: propterea aut graue leue, aut cōtrà, leue graue reddetur, nec asperū si leni fiat vicinū, aut densum raro, aut crasso tenue. Nullum enim horum id quod illi proximū est, totum potest, & per totū immutare. Sed reliqua præterea sunt; durum & molle, viscidū & friabile, verùm ex his molle quidem, & viscidum, ad humidorum, durum verò & friabile, ad siccorū naturam pertinent. Porrò nullæ aliæ præter istas sunt tactiles qualitates. Quòd verò materiæ alterationes minimè visiles sequantur qualitates, nec etiam eas quæ ad auditum, gustum, aut olfactū attinēt: iam omnibus satis cōstat, verùm & hæ quidem sunt è genere tactiliū qualitatū: sed ab illis quæ propriè tactiles sunt, hoc differunt, ꝙ

hæ

hæ,neq; in omnibus animaliũ generibus cõsistunt,neq; substãtias omnino trãsmutant. Quòd si hæ quibusdam tãtummodò animantibus peculiares sunt,illæ verò vniuersam substantiã transmutant & alterãt, & natura primæ sunt,& rerũ omniũ communes,& elementorũ constitutrices:manifestum est ꝙ calor & frigus,humorq; & siccitas cuiusq; rei substantiam cõstituunt. Et proindè rectè Hipp. non hominis modò,sed aliorum etiam omnium naturam ex calido,frigido,humido & sicco esse cõstitutam pronuntiauit. Si quidem hæc(vt pro confesso ab omnibus habetur) mutuò inter se manifestè agunt,neq; à secretione & concretione habent quòd agant: sed ex eo potius ꝙ ipsa substantia per seipsam totam patitur & alteratur.Et equidẽ nõ possum nõ Athenæum admirari, qui nec ista, quæ nunc exposita sunt,nec ea etiam, quæ ab Aristotele & Chrysippo addita sunt, proferre voluerit:sed cẽsuerit potius absq; vlla demonstratione elemẽta esse pro cõpertis accipienda. Attamen vbi aduersus Asclepiadem disserit:horum,& si nõ prorsus omnium,quoquo modo meminit, neque tamen sub disceptandi formula: nam nec ordinẽ adhibet,nec logica vtitur methodo,dũ illi aduersatur,eorum tũ memi-

nit,sine vllo ordine illa discerpens. Vnde, & hac parte damnandus venit, ꝙ rerũ naturalium disciplinam ab Hippoc. institutam ipse prodiderit. Mihi verò iam opportunum videtur, vt primo libro finẽ imponamus,nam alia quæcunq; his sectis, quæ impatibilem statuunt substantiam,cui intermiscent etiam vacuum,obiici possunt: ea partim ab Aristotele, & Theophrasto explicata sunt, partim à nobis, quo loco particulatim contra vnam quanq; sectam contrauenimus,quanuis id ex superabundanti fecerimus.Quantũ enim ad demonstrationem scientiis congruentem attinet: hæc ipsa,quæ hoc loco diximus,abũdè satisfacere poterãt, siquidem neq; aduersari quispiam potest,quin substãtia per se tota non alteretur, quippe quia statim è medio dolorẽ tolleremus:voluptatesq; prætereà, & sensum,& memoriam,& rationẽ, atque etiam tandem ipsum animum, sed neque quòd alia sit qualitas,his quatuor exceptis, quæ possit aliquid per totum transmutare. Quare si rès se ita habeat:primus profectò omnium Hippo.videtur naturæ rerum omnium elementa excogitasse, atq;, quantum satis esse possit,demonstrasse. Neque verò nos moueat,quòd ille suum commentarium nõ inscripserit de elementis, quẽ-

ad

admodũ Asclepiades medicus: nihil enim hîc refert, quum veteres ferè omnes videamus sua monumenta literarum de natura inscripsisse, vt Melissus, Parmenides, Empedocles, Alcmæon, Gorgias, Prodicus, cęteriq; omnes. Sed & Aristoteles in libris de cœlo, & in libris de generatione, & interitu, agit de elementis, Chrysippus in libro de substantia, nec istorũ quispiam libros de elementis inscripsit, verùm ipsis vocabulis nõ est plurimùm insistendũ: vis enim sermonis potius perpendenda est. Et equidem nihil ego interesse putauerim, si quis opus hoc de natura inscriberet, vel de elementis, vel etiam de generatione & interitu, vel de substantia. Quum tamen hac tempestate inualuerit hæc consuetudo ferè apud omnes, vt huiuscemodi cõmentaria de elementis titulũ habeant: nos etiam operæpretium duximus, vt de elemẽtis ex Hippocra. sententia inscriberemus. Iamq; videor primum hunc librũ ad calcem deduxisse, nam si particulam quampiam ex his quæ ab Hippocrate scripta sunt, præteriimus absq; expositione: facilè id poterit ex his vnusquisq; assequi, quæ nos iam explicauimus, sicut illud: ꝙ oporteat generationem non esse ex vno, & id etiã, quòd nisi calidum, & frigidum, & humidum,

& ſiccum inter ſeſe moderatè ac æqualiter habuerint,ſed alterum nimis alterũ excellat,fortiùs, inquã, id quod imbecillius eſt, nulla vnquam futura eſt generatio. Hoc enim loco de eorũ agit moderatione,atq; viriũ æqualitate, quæ nos tum in libris de temperamentis, tum etiã mox in aliis exponemus, & præterea quo pacto ea, quæ miſcentur, per tota temperentur, ſoliſne qualitatibus, vt Ariſtoteles ſenſit, an potius ipſis etiam corporis ſubſtantiis in ſeſe mutuò penetrantibus, quæ tamen non eſt opus medicũ ſciuiſſe, & proinde nihil de his Hippo.pronũtiauit:ſatis enim ipſe habuit ſi monſtraret elementa per totum tẽperari. Quippe quoniam hæc non parum vſui futura ſunt,partim ad librum de temperamẽtis,quem paulò pòſt proſequemur, partim ad librum de medicamentis,ſed & in libro de curandi methodo, de horũ vſu abundè ſumus ſermonem habituri. Quantum verò ad præſens negotiũ attinet: hoc pretereà dixiſſe ſatis fuerit,quòd ea quę ab Aſclepiade in libro de elementis contra illos proferuntur, qui totas ſubſtantias per totas miſceri ſtatuũt,minimè eos attingit, qui ſolas aiunt qualitates temperari. Vnde ex hoc ſaltem capite ſi non ex alio,hoc decretum eſſet recipiendum, quòd tutiùs nimir

mirum ſit, dicendumq; proinde eſt, quòd ſi vinum, exempli gratia, aquæ immiſceatur: particulæ horum vtrorunque in minima infringuntur, moxque inter ſe mutuò agunt & patiuntur, & eò facilius ſibi inuicem qualitates impartiuntur, quò fuerint in minutiora redacta, & propterea qui id genus res permiſcent: diutius eas commouent, eo commento diuiſionem in minima molientes. Atqui & ipſa ratio dictat, qualitates eorum melius ſimul vniri, quæ magis, & diutius fuerint commiſta. Nam tempore opus eſt, vt eorum quæ commiſcentur mutuæ particulæ inter ſe inuicem exactè agant, & patiantur, atque ita totum id, vnum & ſibi vndique & penitus ſimile euadat. Et hac de cauſa nonnulla poſſunt ſtatim poſt miſtionem ſegregari, quæ ſi diutius permanſerint, & tantiſper, donec totum factum fuerit, vnum nequit alterum ab altero amplius diuelli: nos tamen iterũ in libro de medicamentis, nõnulla adhuc de ratione temperaturæ, quæ per totũ eſt, dicemus.

GALENI DE ELEMENTIS LIBER SECVNDVS, VICTORE TRINCAVELIO INTERPRETE.

Quæ in secundo de elementis libro habentur.

Animalium quæ sanguine prædita sunt, quatuor in vniuersum esse elemẽta, sanguinem videlicet, pituitam, bilem flauam, & bilem atram.

Quatuor hosce humores ex primis quatuor corporibus constitui, quæ à qualitatibus sumptis nominibus, calidum, humidum, frigidum, & siccum appellata sunt.

Animal si vno ex quatuor dictis humoribus careat, necessariò interire.

SED iam opportunũ fuerit, vt ad secundũ librũ accedamus. Vt enim Hipp. demõstrauit calidũ, frigidũ, humidum, & siccum esse communia rerũ omnium elementa: mox ad alterum transit elementorum genus, non amplius quidẽ primum, aut cõmune, sed ani-

malium sanguineorum propriũ. Sanguis etenim pituitaq́; & bilis vtraque, flaua ac atra, sunt nõ modò generationis hominũ, sed cæterorum etiã animantium sanguine præditorum elemẽta. Hominis verò propria sunt ipsæ particulæ minimę, quæ similares appellantur, quanuis & in his aliquã habeat cum nonnullis sanguineorum animalium, communionem, sicut cum boue, cane, equo, & quibuscunque aliis huiusce generis. Siquidem hæc omnia venas habẽt & arterias, & neruos, & ligamenta, & mẽbranas, carnesq́;, attamẽ nõ omnia vsquequaq; humanis similia, imò quædam etiã sunt alterius cuiusdam generis, qualia vngulæ, cornua, aculei, rostra, squãmę & cortices. Vnde quemadmodum communia omniũ elemẽta erant calidum, frigidum, humidũ, & siccũ: ita rursus propria vniuscuiusq; animalis sunt particulæ illæ, quæ sensu primæ habentur, de quibus in dissectionum pertractationibus sermo habetur, inter has verò & illa medium in nobis quidem humores quatuor locũ obtinent: in aliis verò animãtibus quicquid vnicuique illorum proxima fuerit generationis materia: nam hoc sanè modo id consueuerunt appellare, ex quo primùm fit aliquid, nulla prætereà media egens trãsmutatio-

ne. At verò quòd omnes sanguineorũ animantiũ partes ex matris sanguine gignãtur, iam satis omnibus constat. Et quum iis sit pituitæ, necnon & vtriusque bilis particeps: non absq; ratione ex hoc capite dissidium ortum est, quippe quòd nõnulli fuerint, qui ex solo sanguine assererẽt nos esse genitos, alii verò ex succis quatuor. Nec æquè est deinde in his facilè veritatẽ monstrasse, ac in primis elemẽtis: siquidẽ vtraq; horum sententia probabilitate non vacat. Ego verò conabor ea explicare, vnde adductus est Hippocrates, vt sentiret, humores quatuor materiam esse generando homini, hinc tamen sumpto exordio. Similaris quidem & caro est & neruus, verùm caro sanguinea & mollis est, atq; etiam calida, at neruus in his omnibus contrà ac illa se habet, vtpote qui exanguis sit, durus, ac frigidus. Verùm enimuero nec illa omnino mollis & calida est, neq; durus ac frigidus est neruus, sanguis quippe carne mollior ac calidior est, os autẽ neruo durius & frigidius, & ita cæteræ particulę sigillatim se habent; nã hæc quidem altera frigidior est: illa verò calidior, atq; hæc mollior: illa durior. Ecquid ergo ex eadẽ omnia procreata sunt substãtia? vel potius sagax rerũ opifex natura, quo primùm tẽpore ex sangui

guine ab ipsa matre in vterũ delato fœtũ procreabat atque efformabat, quod in eo crassius erat ad solidiora corpora cõstituẽda attraxit, quod verò tenuius, ad molliora & simili etiã modo, quod calidius erat, ad calidiora: & etiã quod frigidius, ad frigidiora. Et sanè mihi videtur quidem longè esse magis naturæ cõsentaneum, & statim ab ipsis initiis formari fœtũ, ac subsequenti etiam tempore vniuerso vnamquamque particulam suum habere alimentũ augmẽtũq; ex propria peculiariq; materia. Nam sanguis, vt lac etiam, vna quædã res videtur, ratio tamen docet illum non esse vnũ, sicut nec lac. Nã in lacte aliquid est, quod omnino serosum ac tenue est, aliquid etiã quod penitus casei speciẽ refert, crassumque est, & dum hæc simul erant contempe rata, lac constituebant, quod inter caseum mediũ erat, & serum. Simul autẽ vt discernuntur & propria eorũ forma inde ostẽditur, & pretereà docetur lactis naturã vnum non esse vsquequaq;, sed ex contrariis atq; etiã differẽtibus cõcretum. Quẽadmodum igitur in lacte & serũ reperitur & caseus: sic & in sanguine liquor quidã est, qui sero in lacte ex ꝓportione respõdet: est & id quod veluti limus qdã ac fex sanguinis est, & caseo in lacte assimilatur. Sed & fibras in sangui

gui

guine deferri nemo eſt qui videre non poſſit: quæ ſi ex eo detrahantur, iam non concreſcit amplius ſanguis, qui deinde non parum, illis exemptis, colore ac ſubſtãtia differt, quippe quum ex eo pars quædã omnino rubra videatur, alia verò potius flaueſcat, quædã etiam magis ad atrum vergat, nonnunquam verò & aliquid albicãs ſe in illius ſuperficie apertè offert, interdum tamẽ totus fere videtur liuens, ſæpe adeò nigricat, vt, me hercle, purpuram admodum plenam referre videatur. Vnde ſanguis minimè vnum erit. Quia ſi eſſet re vera vnũ: eſſet nimirum (vt mihi quidem videtur) in omnibus cum animãtibus, tũ hominibus vſquequaq; ſimilis, attamen quandoque quod craſſum nigrumque eſt adeò alia in eo ſuperat: vt vniuerſi corporis color nigrior videatur, cicatricesq; nigriores reddantur, atque venæ in cruribus varicoſæ fiant, & liuenti quodam colore ſuffuſæ. Quandoque verò quod flauum eſt, eò ſuperabundat: vt id facilè & ex capillis, & ex corporis colore, & præterea ex vomitu, & alui deiectionibus cõſpicere poſsis. Nonnunquam etiã id quod aut rubrum eſt aut album, quæ & ipſa tũ in colore totius corporis, tum in vomitu & alui excremẽtis notari poſſunt. Quòd ſi ipſas etiam venas ſe-

ces hominibus qui prospera adhuc fruũtur valetudine: ab his quidẽ flauus profluet sanguis, ab aliis ruber, ab aliquibus nigrior, ab aliis albior. Sed si medicamentum insuper exhibeas, quod vim habeat corpus purgãdi: illud eiusmodi quidem humorẽ euacuabit, qualem attrahendi vim insitam habet: verùm non tantũdem in quacunq; corporis natura, siue sanum id sit, siue ægrotet. Nam (vt à morbidis exordiar) si laboranti morbo regio medicamentũ dederis, ex his inquã, quæ bilẽ eam, quæ flaua aut pallida appellatur, educũt: plurimam ille bilẽ deiiciet. Si verò idipsum ei dederis, qui aqua tenetur intercute, quã leucophlegmatiã græci vocãt, bilis admodum parum educes. Si rursus medicamẽtũ obtuleris, quod vim habeat soluendi pituitam, id quidẽ exiguam ab eo qui morbo arquato arrept⁹ est, pituitam detrahet, nec sine ingenti illius noxa: plurimũ verò ab illo qui ea intercute aqua laborat, quã nuper nominauimus & absq; vllò incommodo. Atqui & eis qui morbo elephanti obnoxii sunt, medicamentũ purgatoriũ quod atrã bilẽ purgat tradidimus sæpissimè, & subinde copiosam facileq́; & cum vtilitate maxima euacuationem cõsequtẽ vidimus. At Asclepiades, qui optima queq; huius artis propter illos admirabiles

tumores meatusq; sua oratione euertere sibi proponit: conatur nos dissuadere, quòd medicamētum quodcunq; peculiarem sibi humorē detrahat, sed illum potius transmutat, conuertit, alterat, ac tandem in sui ipsius naturam id quod ipsum trahit qualecunq; fuerit, corrumpit: nec deinde iuuamentum, quod purgationē consequi videmus, ait ipse euenire, propterea quòd id vacuetur quòd infestabat, sed ex cōmuni potius euacuationis ratione. Sic igitur Asclepiadis sermo apparētibus impudenter aduersatur. Porrò quod apparet, vt Hippocrates, cæteriq; medici, qui rem hanc experiētiæ examine indagādo didicēre: ita, vt nos anteà diximus, se habet. Nam si bilioso homini medicamentū quod pituitam purgādi facultatem habeat, exhibere tentaueris: sanè non dubito quin sis hoc illius decretū nō sine damno experturus. Præterea, si purgatoria medicamēta, ea tantùm ratione iuuant quòd euacuāt: cur nō omnibus venas secamus hominibus, quàlescunque illi sint, graciles, aut crassi, siue regio morbo teneātur, siue bili atra vexentur? Atq; ex his plurimi, qui graciles erant, ex purgatione humoris, à quo infestabantur: non parū præsidii reportarunt, à quibus si sanguinem detrahere auderes: interitum protinus inferres.

res. Sed Asclepiades ab illis tumoribus meatibusque ac incompactis elementis cogitur hęc proferre, quippe quũ hoc sequatur, vt nulla sit qualitas nostræ naturæ aliena, adeò vt neq; etiam eorum excrementorũ, quæ quotidie per aluum vacuantur: & proinde quum aluus supprimitur, nos ratione multitudinis lædemur illiq; remedio erit, vel parcè vesci, vel omnino à cibo se continere. Et plurima suis sermonibus Asclepiades cōmentus est, quæ cũ his pugnant, quæ euidētia sunt. Et sanè hæc illis quidē occasionem dubitandi præstant: qui ea ignorāt quę apparent, at illi qui horum periti sunt, istius hominis imprudentiam admirātur & stupent. Cæterùm nos contra Asclepiadis audaciam in aliis plura afferemus, nūc ad ea quæ manifestò apparēt redeūtes, Hippocratis verba sequamur: qui ne vaticinari quidē potuisset, fore vnquā medicū quēpiam adeò imperitū & impudētē, sicut fuit Asclepiades, vt vel ignoraret ea, quę sunt in arte ita exigua, vel si calleret ea, negēt se nouisse, quod (vt reor) in causa fuit cur nostra dũ horũ impudētiā insectamur, lōgior quàm par sit euadat oratio. Hippocratis verò, breuis & concisa, vtpote qui id quod euidenter apparet, absque vlla probatione scripserit, quũ nec suspicatus quidem vn-

quàm sit, vllum fore qui hæc ignoraturus, aut etiam negaturus esset. Nam aduersus eos, qui autumant hominẽ esse solum sanguinem, vel quoduis aliud quod vnum sit: illi hoc tãtummodo dixisse satis fuit, vt nimirum censeret eos ostẽdere hominẽ, qui nec formã mutaret, nec alioquin varietur, & tum in aliquo anni tempore, vel aliqua sui ætate videretur ipse vnus solusq; sanguis. Nam cõsentaneũ rationi videtur (ait ipse) vt aliquo saltem tempore, id quod in ipso vnũ est repræsentet. At deinde, vt mõstraret bilẽ duplicem sanguini semper esse permistam, flauã (inquã) & atram, & præterea tertio loco pituitã: quæ ex natura in ætatibus & tẽporibus videntur, explicauit. Si enim (inquit) homini medicinã pituitã purgantem exhibueris: ille tibi pituitã euomet, quòd si medicamentum dederis quod bilem ducat: vomitu bilis reiicietur, si particulam quampiã corporis ferias ita, vt vulnus infligatur, profluet ab eo sanguis. Hæc verò (ait) tibi euenient quotiescunq; id effeceris nocte, aut die, hyeme, aut æstate. Deinde ostensurus his eius naturã cõstare, hoc est, quòd ex his omnibus partes ipsius & procreatæ sint & alãtur: hæc profert. Primum quidẽ homo semper donec vixerit, videtur manifestò habere in se ipso hæc

omnia, ſed & ex homine,in quo ſunt hæc omnia genitꝰ eſt,& in homine,vbi ea ſunt omnia quotquot,ego affirmo & monſtro nutritus eſt.Hæc,quotieſcunque voluerit quis è medio temeritatẽ Aſclepiadis auferre:ſatis ſunt ad mõſtrandum id quod propoſitũ eſt.Quia,ſi vnumquodque purgantium medicamentorũ humorẽ quempiam attrahit,nec aliquo tẽpore illud dabis quin propriũ humorem euacuet:liquidò iã conſtat nullũ fore tempus,quo homo expers ſit humorum quatuor.Eius etiam ortus ex ſanguine materno fuit,non quidem puro, ſed cui eſſent tũ pituita, tum duplex intermiſta bilis,quum ſit obſtenſum hominem quolibet tempore hæc in ſeipſo continere. Itaque,ſi & ex his homo genitus eſt, atque etiam ab his ſuum habet & alimẽtũ & incrementũ : hæc ipſa illius quoque natura erunt.Porrò hæc ſunt huius ſermonis capita.Sed eorum quæ particulatim in hoc libro dicuntur nonnulla eò ſpectant, vt de tranſmutatione per ætates agant,& ãni tẽpora:alia verò fidem faciunt, nec eam exiguam , quòd vnumquodque purgantium medicamentorum humorem ſibi peculiarem attrahãt:atq; etiam quòd homo egeat quatuor his,iam ſæpius dictis humoribus. Iam enim ea quæ, dum purgationes mo-

dũ excedũt, fieri videmus: oſtẽdunt quàm proprium humorem pharmacum quodlibet attrahat. Quotieſcũq; enim quis medicamentum hauſerit, quod vim habeat bilem vacuandi: vomitu huiuſcemodi humorem eiiciet, mox pituitam, poſtmodum bilem atrã euomet, & poſtremò ſanguinem purum. Et hoc idem (ait ipſe) patiuntur à medicamentis quæ pituitã euacuant: nam primùm pituitã euomunt, poſteà bilem flauam, deinde atram, tandẽ verò purũ ſanguinem, ac inde intereũt. Hæc quidem eſt eius dictio, ex qua licet manifeſtò etiã inferre, quòd vnumquodq; medicamentum cuivis purgatoria ineſt, propriũ attrahit humorem. Quum enim animal ſeipſo imbecillius factum fuerit, & à vi medicamenti omnino victum, vt iam mors inſtet: tunc prioris humoris euacuatio deſinit, ipſamq; alterius mox ſubſequitur. Atqui (ſi Aſclepiadi aſſentiamur) ex duobus alterum neceſſe eſt, aut nullum preterea humorem euacuari, aut eũ ipſum qui à principio ferebatur, quia medicamento quidem, quod iã exhibitum eſt imbecilli facto, nullum, eo verò vigente, & proinde id agẽte, quod ex natura habet vt agat: illũ ferri oportebat, quod purgari ſtatim ab initio cœperat. Nam ſi prius quidẽ dum corpus eſſet adhuc robu-

ſtius, poterat medicamẽtum colliquare & tranſmutare illud in id quod ſua fert natura, an non poterit hoc idem agere etiam nunc, poſteà quàm imbecillius factum eſt? quòd tamen agat patet, quippe quũ nihilominus in præſenti euacuetur, diſſoluatur, ac corrũpatur corpus. Vnde igitur eſt hoc, quòd humor qui nunc euacuatur, non amplius priori ſimilis videtur? nulla ſanè alia de cauſa, præterquàm quòd vniuerſus propemodùm humor ille è corpore detractus eſt, vt deinde neque incolume animal eſſe poſsit, vtpote quod vnum omnino ex ſuis amiſerit elementis: ſed diſſoluatur potiùs ac intereat, mox autem ex reliquis profluit humor ille, qui aptior eſt, vt euacuetur. Ob id igitur ſemper medicamentũ, ſiue atram bilem vim habeat attrahendi, ſiue pituitã, quum euacuatio modũ excedit: flauam bilem educit, quippe quæ & tenuiſsima ſit & calidiſsima. Quòd ſi medicamen id ex his ſit quæ flauam bilem cient: poſt ea ſtatim in excedentibus purgationibus pituita cõſequitur, deinde verò atra bilis, quòd ea grauiſsima ſit craſſaq́ꝫ, & ad motũ inepta, omniũ autẽ ſanguis poſtremus, is enim naturæ maximè affinis eſt. Vnde & eorũ tam philoſophorum quàm medicorũ laudãda eſt ſententia, qui ſtatuerũt animal ex ſolo:

sanguine & gigni & nutriri: vtpote quòd cõsentanea rationi pronũtiauerint. Hipp. tamen propius ad rerum naturam accessit, qui in ortum & alimentũ incrementumq; nostrorum corporum quatuor retulit humores. Nam (vt prius dictum est) plurimã in his qui bene valent, formæ corporum cõspiciebat varietatẽ, quæ alioquin si vnus tantùm esset elementaris humor: nulla esset, & præterea etiã particularũ naturas adeò diuersas esse animaduerterat: vt minimè videretur cõsentaneũ, ipsas vel inter initia statim ex eadẽ substantia fuisse procreatas, vel deinde vnico vsas alimento. At Hippocrates hæc omnia quæ ego modò exposui: ipse breuissima oratione complexus est, his nimirũ verbis: Quẽadmodum enim stirpes & semina terræ mãdata, inde eorum vnũquodque id quod suæ naturæ cõgruum & affine in ipsa reperitur, attrahunt (terræ autem inest & acre, & dulce, & amarulentũ, & salsum, & cuiuscunq; alterius generis.) Sed id plurimùm ac primùm trahũt, quod maiorem habet cum sua natura affinitatem, mox verò & alia quoque: nec secus etiam in corpore agunt medicamenta. Porrò hoc sermone quæ ad nutritionem spectant & euacuationem, quæ fit dum purgamur: exactè nos docuit, quæ tame

men opus erit vt nos fusiùs in nostris commentariis de naturalibus facultatibus explicemus. Verùm enimuero non erit forsitan ab re, nunc quoque rem hanc summatim exponere. Sanè naturalis quædam vis rei vnicuique inest ea attrahendi, quæ sibi conueniunt: sicuti in magnete vis est attrahendi ferrum. Atque per hanc facultatem cùm nutritiones, tum euacuationes fiunt: Ipsa quidem semper id quod conuenit attrahente, si illius copia suppetat, nonnunquã tamen cum hoc, aliquid eius quod illi non conuenit, quod etiam purgantibus medicinis euenit. Quippe quæ vbi vniuersum id bilis, aut pituitæ quod in corpore fluitat (sic enim dixerim de his quę in venis continẽtur) attraxerint: ipsum peculiarem solidarum humorem patium vi & labore attrahunt, eas quasi dissoluentes & ad elementa deducentes, & animal internitioni tradentes:

Violentiam verò illius attractionis alius quispiam humor consequitur illi affinis, qui primùm vi attrahebatur.

***

HIPPOCRATES DE NATVRA HVMANA,

*

ANDREA BRENTIO *Patauino interprete.*

Qvi cõsueuit audire eos qui de humana natura altius quàm ad medendi facultatẽ pertinẽt,diſputant,huic certè mea oratio vt audiatur apta non eſt.Neq; enim prorſus dixerim hominem aërẽ eſſe,aut ignẽ,aut aquam, aut terrã, aut aliquid aliud:quod minimè vnũ in homine ineſſe manifeſtò apparet. Sed id qbus placet,dicere permitto. Atqui mihi quidẽ non vidẽtur huiuſcemodi homines rectè ſentire. Nã cùm idẽ ſentiant, idemq; cõcludant,loquuntur tamẽ diuerſa. Aiunt enim vnum quid eſſe quod eſt,ac id eſſe vnum & omne: verbis autẽ diſcrepant. Quoniam id vnum & omne,eorum alius aſſerit eſſe ſpiritũ, alius calorẽ,alius liquidũ,alius aridũ. Tum ſua quiſq; ratione

ne cõcludũt argumẽta, ac testimonia & indicia afferũt, quæ nullius sunt penitus momenti. Quòd verò eodẽ sunt sensu, verbis autẽ dissentiunt: ea re patet eos ignorare quæ profitẽtur. Quod quidẽ his præcipuè perspicere licuit, qui illorũ cõtentionibus interfuerint. Nã cũ iidẽ illi boni viri eodẽ in cõspectu atq; cõcessu auditorũ inter se contẽdãt, nunquam tamẽ in eodẽ sermone vnus idẽq; vir tres deinceps alios conuicit, sed modò hic superior est, modò ille, cuicunq; præsertim fuerit lingua magis fluxa, magisq; in turbã idonea. Qui autẽ rectè sentire putãs aliquid de rebus pollicet, iis meritò rationes suas probabiles atq; inuictas semper affert, siquidẽ vera intelligit & rectè demonstrat. At verò isti quidẽ videntur imprudẽtia sua non tam in verbis, dum disputãt, errare, quàm etiam Melissi sententiã sequi atq; probare: sed de his hactenus. Etiam ex Medicis quidã hominem sanguine tantũ, quidã bile, quidam pituita constare dicunt: ipsiq; omnes eandẽ subiiciunt conclusionem. Aiunt enim, vnum quid esse, cui nomen ad illorum cuiusque libidinem imponitur: porrò id vnum formam & vim mutare à calore, vel frigore coactum, mox dulce aut amarum, aut album, aut nigrum, aut aliud quid diuersum

fieri. Verùm hæc non sic habere mihi videntur. Nã si homo vna re constaret, nullo vnquam morbi genere afficeretur, neq; enim esset vnde doleret, cũ vnum tantummodò foret. Quòd si affictaretur, vna vtique curatio necessariò foret. Contrà, nunc plures existũt: quia plura in corpore sunt, quæ cũ plus iusto inter se calefiunt, aut refrigerantur, aut siccescunt, aut humefiunt, morbos pariunt: ex quo multa habentur ægrotationũ genera, & multæ quoq; illarum curationes. Cæterũ, mea quidem opinione, qui hominem sanguinem & nullã aliam rẽ esse censet, is deberet demonstrare, eum nòn mutare formam, aut variari, aut saltẽ aliquod anni tempus, aut hominis ætatem ostendere, qua sanguis solus appareret esse in homine: verisimile nanq; fore aliquod tempus, quo id vnum in se ipso esset. Hæc à me dicta etiã in eos conueniunt: qui bili siue pituitæ tantùm tribuunt. Ex quibus verò hominem ego constare dixerim, ea & secundũ legẽ, & secundum naturam, cùm & vniuscuiusq; ætati, tam iuuenili, quàm senili, tum tẽpori tam calido quàm frigido conuenire demõstrabo: atq; signa etiã & argumenta afferam, eaq; aperiam, quibus necessariò quodque augetur aboletúrve in corpore. Primũ gener

neratio eius ab vno fieri nequit. Quónam enim pacto vnum quid generare posset, nisi quid aliud admisceretur? Tum nec quæ miscentur, generarēt: nisi essent eiusdem generis, eandemq; haberent facultatem. *Rursus nec generatio quidē nobis perfecta foret, nisi calidum & frigidū siccum & humidū inuicē temperatè & pari modo se haberent: aliter inanis esset, si alterutrum, altero valentius infirmiúsve foret. Proinde qui verisimile est vt aliquid ab vno generetur, cū id ne à pluribus quidem fieri possit, nisi mutuo tēperamento mistis? Cū igitur natura eiuscemodi sit, cū omnium reliquarū rerū, tum etiam hominis: necesse est hominē non vna re constare, sed vnumquodq; eorū, quæ generationi suppeditauerint, talem quempiā vim in corpore possidere, qualē cōtribuerit. Rursus homine animam agēte singula in propriam naturā discedunt, vdum inquam in vdum, siccū in siccum, feruidum in feruidum, algidum in algidū. Nempe talis est tum animantiū, tum cæterarū omniū rerum natura, omniaq; sic orta, occidunt similiter. Ex his enim quæ prædiximus omnibus, cuiusq; natura consistit, desinitq; pari ratione: cùm id in seipsum vnde concreuerit, se receperit. Corpus autē huma-

† *Galenus dicit hîc adiectum esse.* ὅσπερ τὰ αὐτὰ ἡμῖν ξυντελοῖστο. *id est, ne que similia nobis efficiātur.*

num habet in se sanguinem & pituitam,& bilem duplicẽ,tum flauã,tum atrã:ex quibus & consistit,& ægrotat, & valet.Valet quidem præcipuè cũ ea inter se vim & copiam mediocriter temperatas, maximeq; permistas habuerint.Contrà laborat, cùm eorum aliquid est plus minúsve iustò,siue cùm in corpore secretũ est,neq; cum aliis confusum.Quod quidẽ nõ modò locum, ex quo abscesserit,afficit: verùm etiam ad quem abscesserit,exercet,propter nimiam & exuperantẽ copiam. Vtiq; si quid citra superfluitatem foras eruperit, negotium præbet propter exinanitionẽ.Similiter intus si vacuefit migrátve, aut ab aliis excernitur, duplicẽ molestiam præbeat,necesse est,quemadmodũ dictũ fuit, videlicet vnde abscesserit, ac vbi exuperat. Quòd verò dixi me quibuscunq; hominẽ cõstare statuerim,ea semper esse demonstraturum secundũ institutũ & naturam, idcirco aio sanguinẽ esse & pituitã,& bilem tum flauam,tum atram. Atq; horum nomina primũ quidem instituto distincta esse dico,quòd nulli eorum idẽ nomen inditum sit: déinde secundũ naturã formas discrepare, minimeq́ue pituitam similem esse sanguini,aut sanguinem bili, aut bilem pituitæ.Quónam enim pacto inter se simi

similia esse possunt, cùm neque ad visum, neq; ad tactum similia esse cognoscãtur? Neq; enim pariter calida, siue frigida, siue sicca, siue humida sunt. Ergo quando tantùm inter se & forma & vi differunt, necesse est ea non esse vnum: siquidẽ neque ignis & aqua idem sunt. Quòd ea omnia vnum non sint, sed ex ipsis quodq; propriã vim atq; naturã trahãt, vel hac vna re tibi maximè constare posset, quia pharmaco quod pituitã siue bilem, aut flauã, aut atrã ciet, dato, pituita siue bilis flaua aut atra tibi euomitur. Item aliqua corporis pars vulnere affecta, tibi sanguinem emittet. Atq; omnia vsu hæc tibi veniẽt tam interdiu quàm noctu, tam hyeme quàm æstate, nullo tẽporis spatio intermisso: donec homo spiritũ accipere reddereq́; potest: poterit autẽ donec aliquo istorũ priuetur cognatorũ. Quæ quis negaret esse congenita? cũ luce clarius appareat, hominẽ dũ inter viuos agit, cũ ea omnia in se semper habere quæ nunc dico atq; demonstro, tum etiã natũ altumq; ab homine eadẽ illa omnia habente. Qui autẽ vnũ quid esse hominẽ putãt, hi mihi propterea in hanc opinionẽ venire videtur, quòd ex iis qui epoto pharmaco inter purgationes animam efflarunt: quosdã bilem, quosdã pituitam

euomentes conſpicati, putarunt hominẽ quoduis illud eſſe, quod per purgamenta morientẽ eiicere conſpexiſſent. Eadẽ nituntur ratione qui hominẽ dicũt eſſe ſanguinem, quoniã cruorem qui ſibi ſub conſpectum ex iugulatis hominibus manans ſubiicitur, animũ in homine eſſe putarũt: hęc ſunt, quibus omnes iſti vtuntur in ſuis ſermonibus, argumẽta. Verũ qui bilem ſolum per purgationẽ eiecerit, adhuc mortuus eſt nemo: ſed ſumpto pharmaco quod bili mouendæ eſt, primũ bilẽ, mox pituitam, porrò alterã bilem atram & quidẽ per vim, tum demũ moribũdus ſanguinẽ euomit purum: quod idẽ contingit his qui ſumunt potiones pituitam mouentes. Primũ enim pituitam, deinde bilem flauã, ex hac atram, poſtremò ſanguinẽ purũ euomunt, atq; è veſtigio finiunt vitã. Nã pharmacũ cũ corpus intrarit, primò id quod omniũ maximè ſibi ſecundũ naturam cognatum atque ſimile eſt, agit: exinde reliqua trahit & purgat: quemadmodũ ſtirpes: & ſemina terram ingreſſæ, ſibi quod ex ipſarũ natura eſt trahunt vel acre, vel amarũ, vel dulce, vel ſalſum, vel aliud quid diuerſum, in primisq; ex eo plurimũ, quod ſibi naturali propinquitate maximè coniunctũ eſt, arripiendo, tum cætera deinceps attrahendo.

Talem quoq; modũ pharmaca seruãt,quæ bilem mouẽt,primũ meracissimã purgãt, déinde mistã.Itẽ pituitæ pharmaca primũ meraciorem pituitã ciunt,pòst confusam. Iugulatis sanguis fluit,primò quidẽ feruẽtissimus atq; perquàm rubidus , mox magis pituitosus magisque biliosus. Hyeme crescit in homine pituita,quòd ipsa præcipuè ex omnibus quę in corpore sunt,natura sua,eo tẽpore frigidissima,est argumẽto:quia si pituitã,bilem,sanguinẽ tangere libuerit , pituitã profectò facilè omnium algidissimã reperies:tamen & si lẽtissima sit,ac non nisi summa cũ violẽtia secundũ atram bilẽ cietur.Quæ enim per vim veniunt,ea propter violentiam feruentiora redduntur.Sed tamẽ præ his omnibus pituita suapte natura multò frigidissima apparet.Quòd autẽ hyems corpus pituita impleat,tibi patebit,cũ ex sputo & mucco ac pituita nasi,quæ hyeme supra modum fluentia emunguntur,tum verò ex cæteris morbis pituitosis, præsertimq; tumoribus qui præcipuè eo tempore maximè albicant.Vere autẽ pituita in corpore valentissima inest:sed sanguis crescit,suscipitq; in dies maius incrementũ, tunc enim frigora remittuntur,& imbres relaxantur,ex quibus & dierum quoq; tempore sanguis

aug

augetur:cuius naturæ id anni tẽpus,quoniam humidũ est & calidum. Maximè cõsimile existit,indicio quòd homines verno æstiuoq; tempore potissimũ torminibus corripiuntur,ac supra modũ calescunt & rubent,atq; sanguis è naribus fluit. Aestate verò adhuc sanguis cùm viget, sed bilis effertur accrescitq;, & in autumnũ pertinet. In autumno sanguinis parum est,quia illius naturæ id temporis contrariũ habetur. Bilis & æstiuo & autumnali tẽpore imperium corporis obtinet,argumẽto,quòd homines & spõte sua & per purgationum potiones bilem biliosissimasque res euomunt vel excernunt:quod itẽ ex febribus & hominum coloribus patet. Pituita æstiuo tempore longè infirmissima est,quòd ei tempus ob calores siccitatesq; vehemẽter aduersatur. Autumno, sanguinis quota pars est in homine:quoniam id tempus siccum est,& hominẽ iam refrigerare incipit. Sed atra tunc bilis,quàm plurima est & potentissima,quæ instante verò hyeme decrescit imminuiturq; refrigerata. Rursus pituita vicissim augetur, tum ab imbribus numerosioribus,tũ à noctibus longioribus. Profectò hæc omnia semper habet corpus humanum: quæ certè non negauerim pro tẽporis circunsistẽtis qualita-

te,ac propria cuiusque natura, separatim modò maiora, modò minora fieri. Vt annus omnis omniũ istarũ rerũ caliditatis scilicet & frigiditatis & siccitatis & humiditatis particeps est: neq; enim quæpiã illarũ vel quota tẽporis parte consisteret, siue reliquarũ omniũ quæ in hoc mũdo sunt, cõsortio: imò si qua deficeret, omnes simul abolerẽtur: quippe quæ ab eadẽ sunt cõstitutæ necessitate, inuicẽq; aluntur & sustẽtantur. Simili modo homo, si quid eorum ipsi deficeret quæ cõgenita sunt, non amplius vitam degere posset. In anno, modò hyems maximè, modò ver, modò æstas, modò autumnus viget, haud aliter in homine interdũ pituita dominat̃, interdũ sanguis, interdũ bilis, tũ flaua, tum atra, euidentiore quoq; argumẽto: quia si quater in anno eidem homini vnam eiusdẽ generis potionem dederis, hyeme tibi euomẽtur pituitosissima, vere humidissima, æstate biliosissima, autumno nigerrima. Cũ igitur hæc ita se habeant, oportet ægrotationes quæ hyeme incrementũ suscipiunt, æstate desinere: & econtra, quæ æstate creuerint, hyeme terminari, nisi intra dierũ circuitum, de quo posteà loquemur, absoluãtur. Vernorũ morborũ liberatio in autumnũ expectanda est. Autumnales autem, veris

tem

tempore liberentur neceſſe eſt. Hæc verò quiſquis ſtata tẽpora ſeparauerit, hunc fore annuum ſcire oportet. Sic medicũ morbis mederi oportet, habita bene cuiuſque, quod in corpore pro tẽpore & eius natura viget, ratione: *in primiſq; præterea non ignorare debet, morbos qui ex impletione proficiſcuntur, exinatione curari: & è diuerſo, qui euacuatione proueniunt, ſanari ſaturitate. Qui à labore, hos quiete: qui ex otio, eos exercitatione euinci. In ſumma, oportet medicum ſcire obſiſtere inſtantibus & morbis, & formis, & tẽporibus, & ætatibus, & contenta laxare, & laxata contendere, tali nanq; modo morbi vitium facilimè deſiſtere poterit. Et hoc mihi ſanatio eſſe videtur.

** Galenus non putat* Hippocra*tis eſſe reliqua omnia quæ ſequũtur.*

OBSERVATIONES *morborum.*

MOrbi alii à victus genere, alii à ſpiritu quem trahentes viuimus, proueniunt. Sed de vtriſque hoc modo diſceptari atque diiudicari oportet. Cùm vna ægritudine complures eodẽ homines tẽpore corripiũtur, cauſam ad id reiicere debemus, quod maximè cõmune eſt, quoq; omnes vtimur: id autem ſpiritus eſt quem accipimus reddimuſq; tunc enim victum noſt

nostrum nequaquam in causa esse manifestò constat, cùm morbus omnes pariter attingit, tam iuniores quàm seniores, tam fœminas quàm mares, tã temulẽtos quàm abstemios, tam qui ordeaceum quàm qui triticeum in cibatu sumunt panem, tam qui parum quàm qui multum laborant. Ergo non victus rationi in causa ponendum est: cùm homines quoquo vescendi modo vtentes in eandem incidunt ęgrotationem. Cùm verò eodem tempore diuersi morbi gignuntur, sine dubio victus cuiusque culpa est. Oportet itaque remedia adhibere cum morbi occasione, quemadmodum à nobis alibi dictum est, repugnando, tum etiã victus genera mutando: quandoquidem cibos, quibus homo vti solitus est, nequaquam aptos esse liquet, vel vniuersos vel plerosque, vel vnum eorum quempiam: quod cùm didiceris inspecta tamen & considerata, vt à me iam dudum dictum est, hominis natura ætate, forma, & anni tempore, & morbi genere: debes victum mutare & remedia facere, modò demendo, modò addendo: cum hoc vt omnem curationem tuam siue victum ad cuiusque ætatis habitum, tẽpora, formas, morbosq; dirigas. Atqui si morbus vnus omnes promiscuè & vulgò infestat, clarum est non

victum, sed quem trahimus spiritũ, in cau sa esse: quippe qui morbidã planè quãdam excretionem habeat. Perpetuum igitur est homines per id tẽporis hæc admoneri, scilicet ne victum mutẽt qui morbi causa nõn existat: prospiciant vt corpus sit quã solidissimum atq; attenuatissimũ, cibis potibusq; quibus vti consueuerint, sensim demendo: quia si festinantiùs victus mutaretur, à mutatione periculũ foret aliquid in corpore innouandi. Quare solito victu vtendũ est, cùm noxæ causa sit nulla hominis. Insuper vt quàm paucissimus spiritus corpus ingrediatur, isq; vt maximè peregrinus sit prouidendum, tũ loca, in quibus morbus grassatur, quoad fieri potest, mutãdo, tũ corpora attenuãdo, sic enim minimè multo ac dẽso homines egeãt spiritu. Morbi qui à corporis membrorũ validissimo proficiscuntur, grauissimi sunt: atq; si ibi vbi cœpti sunt, mãserint, necesse est validissimo membrorum laborante totum corpus laborare. Sin autem ab imbecillioribus se in validissima insinuauerit, faciliùs absoluuntur: quia vi facilè vindicantur quæ influunt.

DE VENARVM natura.

VEnæ corporis crassiores ad hũc modũ oriũtur, quatuor paria sunt. Primum quo

quod ab occipite tendit per ceruicem ſummã perreptãs latera ſpinæ,ad clunes & crura:deinde per tibias & malleolos exteriores ad pedes,quã ob rem doloribus dorſi & coxarũ,de poplitibus malleisve exteris ſanguinem mitti ſolitum eſt.Secũdum venarum par,de capite circũ aures per ceruicẽ, iugulariæ dictę ſunt:intus propter ſpinã & lumbos ad teſtes & femora perfertur,atq; per poplites & tibias propter interiores malleolos ad pedes.Quapropter doloribus lumborũ & teſtiũ ſanguinẽ poplitibus aut malleolis mittimus interioribus.Tertium par venarũ, à temporibus per ceruicem ſub ſcapulis porrigitur ad pulmones, & altera de parte dextra in ſiniſtrã pergẽs mãmam ſubit,& ad lienem renemq; deſcendit: altera de ſiniſtra in dextram procedẽs à pulmonibus mammam ſubit,mox iecur petit & renem:vtraque proſtremò ad podicem deſinit. Quartum par à ſincipite, de ſede oculorum per ceruices ad humerorum claulculas deuenit,vnde per lacertos ad Agilem, mox per cubitos ad volam & digitos, vnde intus remeans ad alas propaginem mittit,quæ ſummas coſtas perreptat, dũm altera ad lienem,altera ad iecur perueniat, deinde vtraque eminens per ventrem ad genitale deſinit ita venæ craſ-

Quæ hic de venarũ partitione dicuntur, Galenus abſurdiſsima eſſe aſſerit, & pugnãtia cũ ijs quæ ab Hippocrate ſcripta ſunt libro ſecundo epidemiorum,

fiores habent. Procedunt quoq; à vẽtriculo per corpus aliæ permultæ & variæ venulæ ramulorum modo, per quas alimentum corpori trãſmittitur, quod à craſsis venis & interioribus & extimis ferũt ventriculo, & reliquo corpori ſibiq; inuicem ſubminiſtrant, internæ ſcilicet externis, & externæ internis. Quam ob rẽ has mittẽdi ſanguinis rationes ſeruare aptiſsimũ eſt. Operęq; pretiũ eſt, vt cultellus quàm longiſsimè à loco vbi dolor eſſe & ſanguis cogi didicit, adigatur: quia tali modo haud magna repentè mutatio fieret & conſuetudo remoueretur eodem amplius coeũdi. Omnibus qui aut febre integri multum puris excreant, aut dolore vacui ſedimentum vrinæ admodum purulentum, aut ſtercora cruenta, ſicut in torminibus, & diuturna habent: qualia eſſe ſolent iuuenibus quinque & triginta aunos natis, & hominibus etiam grandiore æuo: his omnibus eadẽ illa res morbi cauſa exiſtit. Quapropter eos exercitationibus atque corporis laboribus deditos eſſe oportet, ac ne operariorum quidem labores in adoleſcentia ſubterfugere, deinde laboribus remiſsis, corpus implendum eſt molli carne, & à priore multùm differẽte, ita vt adeptum & aduentitiũ corpus à ſuperiore & vernaculo

diſ

discriminis habeat multũ. Si qui igitur ita affecti quãdoq; in ægrotationem inciderint, quàmprimum euadũt, sed pòst à morbo, subinde temporis curriculo corpus liquatur, & ad saniei effigiẽ per venas, quæ latissimæ & peruiæ sunt, diffluit. Quòd si ad inferiorem ventriculũ citè ruit, tale fermè quale intus erat, foras mittitur p meatus secessum, quippe quod, vtpote via decliui & lubrica, haud diu in intestino detineatur. Quibus in pectus destillarit, suppuratiõe infestãtur: quia diutius in pectore sedẽs cũ veluti accliui expurgatione sursum versus difficulter eiiciatur: marcescit & suppurat. Si ad vesicã eruperit, à loci calore calefit, album redditur, secernitur ac rarefit, rarefactumque desuper fluitat, pars crassa subsidet, quæ pus dicitur. Ideoq; pueris calculi concrescunt, ob eius loci & reliqui corporis caliditatem: quod vsu viris nequaquam venit, propter corporis frigiditatem. Non alienum est scire, hominem prima die supra quàm possit, esse calidissimum, nouissima autem frigidissimum: necesse enim est calere corpus quod adolescit, & ad vires incrementumq; tendit: ediuerso illud supra modum frigere, quod cœperit aboleri, & tanquam maturum ac vietum atq; caducum in ruinam præceps

festinare. Atque hac ratione homo prima die quantò maximum suscipiat incrementum, eò magis calescit: sic extrema, quãtò plurimum vitalis roboris detrahitur, tantò frigidiorem esse necesse est. Ex illis autem qui prædicto modo affecti sunt, pleriq; sponte sua si tempestiuè, scilicet quinto & quadragesimo die liquari cœperint, sanescunt. Sin autem eam dierum metam prætererint, per se annum conualescunt, nisi verò quapiam alia re homo offendatur. Morbos qui sensim oriuntur & quorum causæ cognitu faciles existunt, tutissimos appellare licet. Quare præsentissima curatio, si quàmprimum morbi causæ occurratur, qua sublata, morbus absque negotio discedit.

DE VRINIS.

QVibus in vrina ad arenularũ similitudinem aliquid subsidit, seu pori, id est tophi lapilli, hi stubercula ad crassam venã enata sunt, atq; suppuruerunt: deinde cùm ea haud ita citò erũperentur, pori deuoluti ex pure per venam simul cũ vrina in vesicã extruduntur. Si vrinæ cruentæ sunt, in venis vitiũ est. Si vrina, quæ crassa est, habuerit ad effigiẽ capillamẽti carũculas admodum minutas, signo est viciũ esse in renibus & articularibus. Si pura & in summa

vrina veluti furfures huc illucq́; innatent, scire licet vesicæ scabiem subesse.

DE FEBRIBVS.

MAgna ex parte febres à bile sunt:genera earũ quatuor sunt, absque illis quæ doloribus eueniunt. Nũcupantur autem, continẽs, quotidiana, tertiana, quartana. Continens, à copiosissima atque meracissima bile prouenit & perquàm breui iudicatur, quoniam corpus à vehemẽti calore ferue factum, dum nullo temporis interuallo refrigescit, celeriter soluitur: & absumitur. Quotidiana, secundum continentem à largissima bile est, & ex omnibus aliis citissimè euincitur, longior est continente, quò pauciore ex bile venit, tum quia corpus propter intermissionem requiescit: in continente autem nullo vnquam tempore quietem habet, quia nulla fit intercapedo.* Tertiana, diuturnior est quàm quotidiana, à minore bile accedit, quantò plus in tertiana quàm in quotidiana corpus requiescit, tantò diuturnior est, quàm quotidiana. Quartana alioquin pari ratione longè diuturnior tertianis est: tum quia minus bilis habẽs æstum afferentis, tum quia corpus amplius refrigescit, quod ab atra bile id superantis materiæ proficiscitur ac difficulter euellitur.

*Quæ hic de febribus dicũtur, inepti ßima sunt, & ab ijs quæ Hippocrates scripsit primo epidemiorum diuersa, quaratione Galenus peruincit, appendicem hanc non esse Hipp.

Nam cùm ea inter omnes corporis humores létiſsima,& glutinoſiſsima ſit: diuturniores ſedes conſtituit. Quòd autē febres quartanæ,atræ bilis participes ſint, hac re tibi patebit quòd homines autumnali potiſsimum tēpore,& in ætate vigintiquinq; annorum vſque ad quadrageſimumquintum annū,quæ ex omnibus ætatibus, maximè atra bile detinetur,corripiūtur quartanis, quibus autumnus inter omnia alia anni tēpora expoſitiſsimus eſt. Quos igitur vltra citráve id tempus ac eam ætatem quartana acceſſerit, pro comperto habere debes,hanc febrem minimè diuturnam fore,niſi quid aliud homini offi-ciat.

LIBRI DE NATVRA HVMANA FINIS.

IOANNI MORINO CRIMINVM CENSORI APVD PArisios æquissimo, Iacobus Syluius Medicus

S. D. P.

SI homines hominum causa generatos esse verum est (quod est præclarè à Stoicis dictũ) vt homo scilicet homine adiuuet: quid de communi hominũ societate plenius in dies, ac etiam in horas commeretur, iure optimo is in vniuersi generis humani communitate maximus simul & optimus est habendus. Quæ causa etiam vnica maioribus nostris deos tam multos peperit, Isidem, Osirim, Palladem, Neptunum, Herculem, & alios propè in-

numerabiles, commoda quædam maximà, in communem hominum vtilitatem largitos. Nisi enim Hercules (vt cæteros omittam) Cacum latronem illum maximè insignem de vita sustulisset, nisi idem Hydram, Lernæ paludis beluam septemplicem extinxisset: hisque & alijs quàmplurimis regionum multarum monstris à se domitis, de hominibus, tanquam Deus aliquis terrenus, fuisset benè meritus, nunquam ab his deorum immortalium numero post mortem fuisset adscriptus. Sed quid præclara Herculis facinora nobis tantùm audita commemoro? Nónne tu tanquam Hercules quidam Gallicus, non Cacum tantùm, sed Cacos innumerabiles, atque adeò xxxxxx latrones, raptores, sicarios, homicidas, & reliquos homines facinorosos, reipublicæ pernitiosos, communẽq; hominum societatem omni vitiorum genere contaminantes sic de medio tollis, vt iam sine iniuria, in pace viuatur? Nónne præter eam vtilitatem publicam, vrbem

quoque istam longè amplissimam, annis ante te multis non furibus solis, sed etiam superstitiosis colorum contentionibus, contentiosis prætorũ scholasticorum comitijs, litibus beneficiarijs, ut hydra illa rediuiuis; & immortalibus infamatam, tanto studio ab his facinoribus indignissimis vindicasti, ut musis literarum bonarum otio planè liberrimo frui nunc liceat? Tu enim ciues bonos laude merita cumulas, tu in noxios, ut sunt commeriti, animaduertis: facisq; hac iustitiæ parte, ne cui quis noceat, etiam lacessitus iniuria. His virtutibus ciuitatem nostram conseruas, adiuuas, auges: sic, ut in te ciuitatis nostræ salus hodie nitatur maximè: qui virtutis tuæ splendor est maximus, quum deo optimo maximo in terris vix quicquam fiat acceptius, quàm concilia cœtusq; hominum iure sociatos (quæ ciuitates appellantur) conseruare, adiuuare, augere: ob idq; ciuitatum rectoribus & conseruatoribus certum in cælo ac definitum constituit locum,

Vbi cùm ex corporum vinculis tanquam è carcere euolarint, beati æuo sempiterno visione diuina fruantur. Quæ autem causa me commouit, vt amplitudini tuæ, commentarium hunc medicum dedicarē, fuit, præter fauorem summum, quo me vt cæteros literarum puriorum studiosos vnicè prosequeris, maxima studiorum similitudo: quæ tibi criminum censori æquißimo est cum medico. Huius enim prius est officium, vt inculpatam sanitatem similibus conseruet: tu mores probos, modis omnibus foues atq; adiuuas. Alterum medici munus est morbos profligare, idq́; remedijs malo contrarijs. Tu ex nostra republica vitij genus omne, summa cura, industria, prouidentia, amoliris: Medicus extremis morbis extrema exquisitè remedia statim adhibet, mitioribus primùm clementiora: deinde, si opus est, valentiora. Tu leuiora quædam pecata, nunc publica solùm infamia, nunc virgis, nunc succisa auricula coërces: in grauiora etiam, laqueo, vel de-

tollatione, vel rota, vel oleo feruente, vel flamma ipsa animaduertis, ne quid postea tale ipsi committant, & vt cæteri horum exemplo sint ad peccãdum tardiores: quomodo cancros, cancrenas, sphacelos, & eius generis affectus immedicabiles, ferro sæpe & cauterio, medici celebres cum parte affecta execant & proijciunt, ne pars sincera trahatur in vitium. In summa, medicus actiones per sanitatem integras modis omnibus molitur, vt nulla corporis, aut animi molestia diu viuatur: Tu actiones per virtutem Christianas deo concilias. Vale, & quod amplitudini tuæ munusculũ offerimus, grata manu accipe.

IN HIPPOCRATIS

ELEMENTA IACObi Syluij Medici commentarius.

Secta rationalis & dogmatica, eadémq; verè methodica (cui tãquã omniũ optimę ipsi nos addiximus) nobis imperat corporis curãdi naturã omnino noscendã, idq; ordine maximè duplici, resolutorio, & cõtrario illi cõpositorio. Proinde corpus humanũ nobis in partes primũ maximas, deinde in alias omnes diuidẽdũ, quoad sensu minimas attigerimus. Maximæ verò totius partes sũt, caput, thorax, vẽter, artus. Capitis partes, oculi, aures, facies, ac reliquæ intra craniũ & extra, particulæ. Oculi partes, humores tres, tunicæ quatuor, quæ, vt aliorũ similiter diuisorũ vltimæ partes, sunt similares, & simplicissimę, & in alias hominis partes nõ amplius diuiduæ: ob id elemẽta hominis sensibilia dicũtur, cũ tamẽ verè elemẽta nõ sint. Nã quæ albæ sunt partes in nobis ex spermate prodierunt, rubræ verò ex san-

Gal. initio sani. tuẽdæ.

ſanguine materno ſunt cõformatæ. Sperma aũt, tam viri quàm mulieris, & ſanguis maternus noſtræ generationis principia, illud ſeu forma, hic tanquã materia, ambo ex elemẽtis quatuor cõflata, ſed interuẽtu humorũ quatuor ſanguinẽ conſtituentiũ. Hi autẽ ſunt ſanguis ſincerus, pituita, bilis flaua, & ſuccus melãcholicus. Elemẽta verò, in alia elemẽta nõ amplius diuidi poſſunt: ſed phyſicè in materiã tantùm, & formã, prima & ſimpliciſsima naturæ principia ex philoſophia naturali cognita, vti & elemẽta. Hęc tamẽ quatenus ad medicum ſpectãt, paucis explicãda nobis ſunt, vt corporis naturã ordine etiam cõpoſitorio doceamus. In quo prima ſunt quæ reſoluẽdo fuerunt poſtrema, vt contrà quæ in componẽdo ſunt poſtrema, reſoluẽdo prima ſpectãtur: vt domũ cũ demollimur, tectũ primũ, pòſt parietes diruimus, poſtremò, fundamẽtũ eruimus: ſiverò ędes molimur, fundamenta iacimus prima, mox illis parietes inſtruimus, poſtremò tectum ſuperdamus.

Porrò elemẽtũ eſt pars minima rei quã conſtituit, propriè quidem ac ſimpliciter, ignis, aër, aqua, terra, philoſophię naturalis materia. Abuſiuè autẽ loquẽtibus, medicis quidem, elementa in homine ſunt etiã humores quatuor, & partes ſimilares, eædẽq; *Gal. libr. de elementis.*

ſim

ſimplices ſenſu. Vnde elemẽtares quoque appellatæ,grammaticis verò,literę:& aliis aliæ res quiduis primæ conſtituentes, ſeu diuidendo vltimæ & minimæ. Quæ verba vti & Galeni diffinitio ordinem iſtum duplicem innuunt:nam minima pars, & quæ diuidẽdo vltima eſt reſolutoriũ, Ariſtoteli quoq; expreſſum lib.3.de cælo capi.3.diffinienti elemẽtum eſſe corpus,in quod reliqua corpora diuidũtur. Compoſitorium verò cuius eſt elementũ, ſeu quod reliqua cõſtituit:quod Ariſtoteles planius.5.metaphyſicorum expreſsit,elementum eſt corpus ſimplex,ex quo aliquid cõponitur,&c. Ex quibus Ariſtotelis diffinitionibus ſuã Galenus contexuiſſe videtur,& particulã, corpus intellexiſſe,vt materiam & formã corporum ſimplicium ſeu elementorũ,& miſtorũ principia,ab elementis ſepararet. Vtrunque autẽ ex his eſt,quæ ad aliud referuntur:pars enim totius eſt alicuius,& elementũ miſti eſt principiũ.Ignis igitur,aër, aqua,terra, quatuor ſunt elementa rerum omnium hîc generabiliũ & corruptibiliũ cõmunia:quem numerũ Ab Hippocrate,ſi Galeno credimus,inſtitutũ,à Platone,Ariſtotele,Galeno, cæteris confirmatũ,tãquã certiſsimũ recipimus, ne nobis plura vno eſſe,& quot ſint,verboſius ſit probandum,

Qualia autẽ in se sint hæc singula quid- *Res quæ*
que horum quoduis in cõgressu,& misto- *uis nosci-*
rũ ex ipsis natura,aut agat,aut patiatur,di- *tur nomi-*
camus à nominis ratione & diffinitione *nis ratio-*
exorsi.Elemento cuiq; nomẽ est vnum ab *ne et diffi-*
ipsa rei substãtia,& natura impositũ:Ignis, *nitione.*
aër,aqua,terra alterũ à vincente,& summa
in singulis,qualitate,calidum,ignis,humi-
dum,aër,frigidũ,aqua:siccum,terra:quan-
quam & humidum aqua Aristoteli in Me-
teorologicis, & Galeno in natura huma- *Initio sa-*
na,&,simplicibus interdum dicantur, alia *nit.tuen-*
tamen ratione,vt pòst explicabimus. *da.*

Elementorum diffinitio, vt aliarum re-
rum,est difficilis, ob id quòd verarũ & es-
sentialium differentiarũ inopes sumus ma
ximè,& quòd elementis nihil est priùs,per
quod diffiniantur.Ad hæc Elemẽtũ corpus
est simplex,nec habet vnde cõstituatur.Dif
finitio autem essentialis ex his quæ rẽ con-
stituunt,informanda est.Ideoq; quod fieri
oportet,vbi differentiæ essentiales desunt,
proprietatibus formã rei consequentibus,
aut eidẽ connexis res describenda est.Pro-
prietates autẽ optimè constituũtur ex per-
fectissima cuiusque actione,suntq; hæ dif
ferẽtiis essentialibus proximę,& ad expri-
mendam,quantũ datur,rei naturã accom-
modæ.Perfectissima autem cuiusque Ele-

menti actio à qualitate prima in ipso summa proficiscitur.

Est igitur Ignis elemētū,quod omnium maximè calefacit,& omnium maximè aër humectat, & aqua refrigerat,terra siccat, vt singulis elementis singulæ primarum qualitatum summæ insint:sed aliæ quoq; ex his,non tamē summæ at retusæ, vt igni siccitas,aëri caliditas, aquæ humiditas, & terræ frigiditas inest,moderata tamen.

Singulis præterea Elementis aliæ insunt qualitates ex primis illis tactilibus,plurimū corporeis,omniū potentissimis productæ, viriū quidē quàm primæ multò inferiorū, sed tamē eximiarū tenuitas,raritas,leuitas, splendor,perspicuitas:& his cōtrariæ crassities,dēsitas,grauitas,obscuritas,opacitas.

Quæ qualitates in singulis Elementis, quam facultatem habeāt ad generandum, aut corrumpendum, qui ignorat de Elementis,infra modum philosophatur.

Quādoquidem vt in singulis nostri corporis instrumētis,& aliis omnibus aliquid agētibus,vna est pars primaria actionis causa effectrix,aliæ adsunt,per quas melior fit ea actio:quædā,sine quibus nō fieret eiusmodi actio,aliæ deniq;,per quas prædictæ omnes conseruantur:sic in elemētis ipsis, qualitas vna inest,summa scilicet,actionis

ele

elemẽti præcipuæ causa, effectix pręcipua: quæ verò illi sociata est qualitas, non summa meliorẽ reddit actionẽ: qualitates reliquę ex primis ortę, partim ea sunt facultate, per quam actio talis melior perficiatur, partim qualitates illas omnes cõseruẽt. Causa autẽ sine qua non fit actio, extra ipsa est posita, vt post audies. Nõ autẽ qualitas secunda substinet rationem eius, sine quo nõ fiat actio, vt quibusdam placet. Nam aqua feruens vrit ignis modo, tamẽ ea quantũuis calfacta semper humidissima est Galeno, vt pòst audies, terra quoq; calfacta siccat etiã magis quã frigida, ergo neq; ignis siccitas, neq; aquæ & terræ frigiditas si humidissima est aqua, ea sunt, sine quib⁹ actio nõ fiat. Quę quatuor cũ in singulis elemẽtis fuero paucis persequut⁹, finẽ scribẽdi faciã. Ignis elemẽtũ est (vt dixi) omniũ maximè calefaciens, qua vi summè calorifica, omnium valentissimè homogenea, & quæ vnius sunt naturę in vnũ cogit, cõgregatq;. Heterogenea verò, & quæ naturæ sunt dissimilis à se inuicem omniũ potẽtissmè separat, singula tamen horũ in suam velut familiam. Quæ perfectissima ignis est actio, eaq; à qualitate in ipso summa quæ est caliditas, profecta. Sic enim rectè Aristoteles calidũ, seu calefaciẽs diffiniuit. Hoc autẽ *Lib. 4. Meteororũ capi. 1.*

opus cùm calidorum reliquorum, tum maximè ignis esse, tibi apertè commõstraut fulminis, & ignis huius inferni effecta: nã si dom⁹ icta fulmine, vel occasione alia incẽdio flagret, terreum in carbonẽ, ac inde in cinerem abire cernes: aqueum tenuari, & si multũ est, per extrema exudare (vt in titione viridi incenso quotidie vides) sin paucum in vaporem & aërem flammæ alimentum transit, aër poris lignorum clausus, & inanitatibus calamorũ (quib⁹ tecta domus fortè fuerit) flammæ etiam pabulum est: tenuatus enim magis fit ignis, à quo prędictorum portio plurima in fumũ & vaporem crassum soluta, deinde vi caloris separatur & crassiore sua parte fuligo efficitur tenuiore aër. Idẽ testatur in lacte coagulũ, sed apertè minùs, ob id quod etiã imbecilliùs multò calet, quàm ignis. Coagulũ enim lacti vaccino, vel alii parum calẽti immissũ calore, per lactis in ventriculo primo animalium lactentium corruptionem acquisito, sed haud ita vehemẽti crassas lactis vaccini, vel alterius partes ac terreas in caseũ cogit, &, si quæ sunt, butyrosas ac aëreas, neutras tamen omnes cũ in sero caseosum quoq; aliquid supersit, & fortè butyrosum quod ipso percocto apparet, in caseumque secundarium à quibusdam cogitur.

Idem argumentum in butyri ſecretione eſt. Nam calore cùm externo tũ præcipuè interno, quẽ multus baculi in imo lati & pertuſi percuſſus excitat, butyrũ à ſero butyri, in hac lactis parte ſeparatur. Idẽq; in mille aliis, liquidò apparet, ne in re perſpicua teſtibus vtar parũ neceſſariis. Ignis igitur ſuo calore ſummo homogenea cogit, heterogenea diſsipat. Quæ tamẽ qualitas, vt aliarũ quęuis ſi ſola agat: aut multò etiã inſigniùs aliis agat, in generationis ſubiectum, nũquã fiat generatio, vt per vteros calidiores, frigidiores, humidiores, ſicciores apertè declarauit in aphoriſmis Hippocrates: ſed mutuò ſeipſę inuicẽ contrarię inter agendũ, tandẽ vt res ipſa exiſtat, & perſtet, contemperant in corporum ſubſtãtia, quæ tota permutationi & affectioni alterationiq; ſubiecta eſt. Calor igitur iſte, ſed iam diuinus, & rerum generator fœcũdiſsimus in ſemine ſopitus, nutritione auctior & valentior, vbi euaſit, quæ in ſemine ipſo eſt portio cerebri in cerebum ſeparat, & in pulmonem cor, hepar, vẽtriculũ parteſq; alias quæ pulmonis, quę cordis, quę hepatis, quę ventriculi, quæ reliquarũ quoque partium in eo eſt portio. Eſt enim ſemen Ariſtoteli, & poſt eum Galeno, excremẽtum benignum vltimi alimenti, ſingularum corpo-

Cap. 3. li 2. de generat.

ris partium. Qua ex re pendet maximè parentũ in filiis similitudo, nõ partiũ tantũ, sed vocis & aliarũ actionũ, atq; adeò morũ: vnde à Mãtuano carmelita rectè scriptum mihi videtur, Qui viret in foliis venit ab radicib⁹ humor: Sic patrũ in natos abeũt cũ semine mores. Hęc ipse diuinus calor semini animaliũ atq; adeò plantarũ insitus per se molitur, sed diuinũ addidi quod calor, quà calor est, heterogenea quidẽ illa separat ac dissipat, & homogenea cogit, quà verò diuin⁹ est, cerebralẽ in semine portionẽ sursum distribuit, & cranii portionẽ ex eodẽ semine secretã, ipsi cerebro circũponit cordis portionẽ, in medio pulmone & thorace, mediã ex ipso semine secreuit, pulmonariã verò thoracicãq; in semine portionẽ cordi cicũdedit, eademq; iustissima ipsius œconomia, in reliquis partibus effulsit, sine qua, nõ'ne vt in lignis, & aliis vrẽdis terreum omne subsidet, aëreum & igneũ attollitur: aqueum, vt dixi priùs ambigit pro varia sua substãtia, & varia sui motione: sic in imũ corpus, verbi gratia, vbi pedes & tibia sunt, quicquid in nobis est terreum nõne ob insitam grauitatẽ subsedisset? ibiq; ossa omnia, cartilagines, ligamenta, cerebrũ, spinalis medulla & ossalis coacta subsitisset? Adeps verò sanguinis portio te-

nuior, bilis flaua, spiritus ipsi leuitate innata elati summa petissent? carnosum genus totum in medio interstitisset? Idē calor in semine diuinus, seu spiritus ille calidus, & nostri formator, venas, arterias, canalesq; reliquos, & cauitates sensu manifestas, atq; etiam obscuras (per quas corpus vniuersum est confluxile & conspirabile Hippocrati) fistulat, easq; quibus maximè ad actionē, aut vsum conuenit, applicat: & adaperit ossa minora, fecit spōgiosa, crassissima etiā caua ad nutrimenti idonei repositionē, eadē ossa cōnectit tam affabre, vt nihil omnino desiderari queat. Quid non facit? idē quibusdā, aut anima, aut primum ac principalissimū animæ instrumētū censetur ob vires in gignēdo, formādo, viuendo præcipuas. Hæc verò effecta, licet à calore illo diuiniore nō impedito sint inseparabilia, tamē illius nō sunt propria, cū reliquæ ignis & aliorū omniū elementorum qualitates, in ea cooperentur, vt mox dicam, sed tamen igneus ille vigor, cuius cælestis origo est, primas partes in hac formatione sustinet totus vbiq; actuosus.

Siccitas secūda & mitior, in igni est qualitas, illi insita, & substantiæ suæ cōnexa, quæ etiam corporis alicuius humiditatem suggendo & combibendo exhaurit: quod

ſiccare propriè dicimus,quanquam illi al-
tera quoq; ſiccandi vis accidit,& ſecundo
ineſt,dum ſcilicet calor igneus,humorem
à ſe tenuatum foras euocat atque diſsipat.
Vtraq; ſiccandi vis actionem ignis reddit
præſtantiorem.Ignis autē non modò cali-
diſsimus eſt,ſed calidis in victoria,ſiccisq;
fouetur.Sicca enim omnia quàm humida
(niſi aërea & pinguia ſint)ardent promp-
tiùs,vt in lignis experientia eſt quotidia-
na.Vinum,itē mel,oleum,adipes,quò ve-
terauerunt magis,eò calidiora , ſicciora,
tenuiora euaſerūt(niſi ſpeciē corruptione
mutent)ob id etiam promptiùs ardent.

Nec tantū ignis huius,ſed multò magis
Ignis illius ætherei actionē ſiccitas iuuat,
cū ſua tum rei,in quā agit,dum cuiq; parti
formandæ apta,& in locū idoneū ſecreta
ex ſemine portio,mox propter natiuā hu-
miditatē difflueret, ac relaberetur eò vnde
eſt ſecreta,niſi adiutrix acceſsiſſet calidi-
Initio lib. tati ſiccitas. Portione ſiquidē humiditatis
ſanit.tuē- illius largioris(vtrūq; enim noſtræ gene-
dæ. rationis principiū,ſemē,& ſanguis,eſt cali
dum,humidū)per ſiccitatē illā duplicē, &
præterea terream,abſumpta iam ſtat mole
ſua,& tanquā fixa manet noſtri corporis
materia,cauitatūq; latera amplius ob mol
litiē nō tam ſunt in ſe inuicē decidua.Iam

oſſa ipſa nonnihil ſolida euadũt, & à vicinis partibus, minus ſiccari habilibus apertè circunſcripta diſsidẽt, quomodo figulinum opus vniuerſum, initio præ mollitiæ caducũ eſt: ſole autẽ & vento ſiccatũ, euadit ſolidius: igne verò perfectè ſiccatũ, tũ demũ fit ſolidiſsimũ: ſic oſſa in nobis prima ætate velut cerea per nutritionem augentur: iuſtũ antem aſſequuta incremẽtũ, duritiem induũt lapideam, ac eam ipſam quotidie maiorem, & nulla hominis induſtria, vitabilem. Quod ſiccitatis effectum in oſsibus apparet magis, in cæteris tamẽ corporis noſtri partibus, ad portionẽ ſpectatur, in his quidẽ magis, in aliis minus, ꝓ varia principiorũ, & educatiõis natura.

Ne igitur caſſa ſit actio calidi, aut ſaltẽ parum firma, in ſubſidium addita eſt ſiccitas, quam nõ parum adiuuat, maxima terræ cuiq; corpori miſtæ magis, minus ſiccitas, de qua ſuo loco pòſt à nobis agetur.

Eandẽ commodãdi rationẽ, ignis leuitas, tenuitas, raritas, ſplendor, perſpicuitas ſuſtinent. Hiſq; qualitatibus adiutricibus fit, & caliditate omnium efficaciſsima, vt ignis exigua portione vires mutandi habeat omniũ maximas, terra cõtrà, etiã maxima portione minimas, vt interim actionẽ præcipuã, quæ à tota fit ſubſtãtia, omit-

tam. His ergo qualitatibus, leuitate, tenuitate, raritate, splendore, perspicuitate fit, vt ipse ignis infernus, & multò magis æthereus iste, ac internus in omnẽ corporis mutandi partẽ, promptiùs penetret, easq; quã tumuis exiguas profundas, densas peruadat, & pro sua natura afficiat, mutetq;, & si datur, similes sibi reddat, hoc est summè calidas, siccas, leuissimas, tenuissimas, rarissimas, splendidas, perspicuas maximè, hoc est ignẽ, vel igneum, vel ignitũ corpus efficiat. Ne verò omnia sint ignis propter eximiã ipsius ad mutandũ promptitudinẽ & vehemẽtiã contraria aliorũ elemẽtorũ natura repugnat. Nã elemẽtis vt agẽtibus reliquis scopus est passum, quoad eius fieri potest simile sibi reddere, nec prius ab agẽdo desistere, quàm vincerint, si vinci potest. Vt ergo ignis, dum in alia agit elemẽta, ea ipsa vincere conatur: sic cætera elementa igni resistentia, in ipsum agunt, ipsumq; si præpollent, vincũt, modò tota substãtia, & qualitatibus nõnihil cognata sint. Porrò tenuitas, quia calorẽ ignis summum sequitur, estq; illius effectũ ob id in igni summa est, vt summa à raritate summa leuitas. Nã frigidũ nullũ qua frigidum est, tenue est. Acetũ enim & succus corticis viridis nucum, quãuis frigida sint, & ob id

phl

phlegmonarũ incipientiũ remedia, sintq; eadẽ etiã tenuia, quæ tamen illis inest tenuitas, quandã in vtroq; substãtiã igni tenuatã sequitur. Sunt enim hæc vt alia pleraq; substantiis duabus contrariis, & inde ortis facultatibus, etiam cõtrariis cõstituta. Quam rẽ indicat sapor aceti quidẽ non solũ acidus, idemq; frigidus: sed etiã acer & is calidus, corticis verò nucis multum amarus, substantiã terream igneo calore multum tenuatã sequutus, quo per macerationem in aqua dulci, identidẽ mutata dissipato, cortex ipse manet ἄποιος, hoc est, qualitatis expers ac insipidus, proindeq; idoneus ad saporẽ quenuis suscipiendũ, quod de cucurbita & tubere Galenus quoq; pronuntiauit. Propterea nux viridis ante conditurã, qualitate amara per macerationem, vt dixi, exuitur. Aër autẽ flante borea tenuior, quia ob frigiditatẽ vaporibus non crassescit, vti austrinis flatibus. Tenuitas autem hæc facit, vt ignis, & ignea, promptè in partes minimas separentur, & nisi sint dura, & magna in omnem corporis partẽ promptè permeent.

Li. 1. simplicium cap. 22. & li. 6. Simpl.

Tenue duplex.

Rarum abusiuè, & per metaphorã quod laxũ est ac solutũ, vt ignis, aër. Propriè verò quod poros & meatus habet multos, & magnos, vt pumex, spõgia. Cõtra densum

Lib. 2. fa- nit. tuẽd.

prop

propriè quidem quod nullis, aut paruis est mentibus, vt buxum, ebenum, abusiuè autem, quod est coāctum, compactum, solidum, vt aqua, terra.

Vtraq; autem raritas leuitatē habet adiunctam: sed longè maiorē, impropriè dicta raritas, quin & propriè rarum ob id leue est, quod suis illis poris, vel ignem, vel Aërem, corpora rara, & ob id leuia continet: quorum loco, si aqua, aut terra, poros impleat (vacuæ enim esse omnino non possunt) quanquam rara quoq; tūc meritò dicerentur (cùm poros & meatus habeant multos & magnos) tamē tantū abesset vt pro raritatis ratione essent leuia, vt etiam omnino grauia essent. Sic etiā densa hæc sunt grauia, & quibus insederūt, grauitatē suā impertiuntur pro multitudinis ratione, maiorē, densiora, minorē, minus dēsa.

Hac tenuitate summa, & raritate summa, & inde orta leuitate summa præditus ignis, ac multò magis iste ignis æthereus, etiam minimas partes alterandi corporis (vt dixi) attingit quantumuis abditas, in quas actionem suā non explicaret, si pro tenuitate, raritate, leuitate crassitiē, densitatem, grauitatem terream sortiretur.

Colorē ignis vtriusq; præterea iuuant dictę qualitates, vt si quò abierint segrega ta

ta corpora ab igni pulsa,eò ignis flamma his qualitatibus adiuta comitetur, eaque omnino permutet,quæ tamen semimutata fortaßè manerent. Neq; enim cerebro satis fuit,vt in hanc partē eius substātia sit à calore insito secreta, nisi etiā tenuitate, leuitate,raritate,vt idē de fulgore, & perspicuitate pollicear,omnē cerebri partem penitißimè ad actiones suas comparasset, vt in eo nihil redundet,desidereturq; nihil. Qua in re opera naturæ, artificū etiā præstantißimorū,vt Phidiæ,Polycleti opera longè antecellunt,cùm hæc tantū foris superficie sint bene expolita, intus verò, moles quædam terrea,rudis ac impolita.

Cùm naturæ opera maiorem multò intus partium omniū dignitatem, admirabilemq;,non modò temperaturā,sed conformationem quoq; ostentent.

Causæ ergo sint qualitates dictæ,nō solū melioris ipsius ignis vtriusq; actionis, sed etiā ignē,ipsiusq; facultates omnes ac essentiam conseruant. Facilè enim ignis vterq; marcesceret, ac tandē extingueretur,nisi qualitatū harū beneficio,promptè in passum se ipse quaquauersum insinuaret:quæ res ad permutandi paßi,siue ignis giguēdi aut nutriēdi celeritatē, magni est momenti.Calor quoq; noster, quanquam

essen.

essentia est crasſiore quàm igneus, ſubſtãtiæ tamẽ potius proprietate & dictis qualitatibus, paucis horis id pficit, quod nũquã ignis vel inceperit. Ex cibo quouis mox chylus: ex chylo, ſanguis, ex ſanguine instauratus ſingularũ corporis partiũ fluor, id apertè demonſtrãt. Neq; minus caloris huius cuſtodiã qualitates hæ operãtur, cũ harum ope pabulũ ſibi cõtinenter ex ſanguine moliatur, & qui ſingulis in partibus eſt inſitus, ex harũ alimẽto, aut ſi deſit, humido ſubſtantifico. Tenuitas, raritas, leuitas in igni, cùm tam ſint actuoſæ qualitates, an in eodem fulgor & perſpicuitas ſint otioſæ? At fruſtra eſt à natura factum nihil. Expendamus itaq;, quam igni vtrique commoditatẽ afferant: quanquam, vt igni externo manifeſtius inſunt & luci ipſi, ita in eo magis effectus illarum apparebunt: etenim in igni interno, etiã inſignius ineſſe cogitatione facilè aſſequemur, ſed & ſenſu ipſo, vt poſteà probabimus.

Fulgores terrifici quãdo micat ignibus æther, vt poëta inquit, lux flammæ, ſolis, lunę cęterorũq; aſtrorũ, quàm repẽtè in medium aërẽ, & aquã, vitrũ, diaphanea reliqua ſe extendãt lõgiſsimè experiẽtia quotidiana abundè perſuadet. Quodq; corporibus, in quæ hæc agũt, ſplẽdorẽ quoq; im-

primunt, ostendũt fructus præsertim qua parte solẽ excipiũt, ostendũt etiã alia pluri ma, à flãma ipsa illustrata, & splẽdida reddita, sed caloris interni fulgor, vel puero perspicuus est in colore corporis sanè florido, & bene habito, vegeto ac nitẽte, apparet quoq; in sanguine, bile flaua, atq; adeò atra, quę ex adustiõe nigredinẽ habet relucentẽ. Apparet omniũ maximè in oculis, quos si ĩ tenebris, vel minimũ cõfricueris, cernas ex eo igneas quasdã scintillas cõfer tim effulgere, et foras erũpere. (Visio enim ignis Platoni in Timęo, & sensoriũ vidẽdi tenuis. Gal. lib. 4. loc. affect. ca. 2. Aristoteli autẽ aqueũ ca. 2. lib. de sensu) aliã scintillarũ, à pcussu causam affert Aphro. prob. 58. sect. primę. In luce quoq; splẽdida percussus oculus, eadẽ visa efficit. Huic enim spiritui à calore insito, splẽdor inest, cuius & raritatis, leuitatis, tenuitatis beneficio per neruos etiam momẽto ad imos vsq; pedes cõuolat, ac in cerebrũ, si cogitur, reuolat. Galen. Aph.

Sic aërẽ perspicuũ & planè purũ lux solis, lunę, facis, ac splẽdor derepentè pmeat, crassum verò & nebulosum aërẽ, aut vapore crasso victũ, minima parte sui peruadit, id quod nobis liquidò apparet, dũ latet obscura cõdita nube dies, ac p caliginẽ, & inpartis stupore. Neq; solũ alteri est magis

per

permeabile corpus perſpicuum,ſed ipſum quoque magis eſt penetrabile: aqua enim minus tranſparens,quàm aër tardius alia corpora penetrat, & tam aër quàm aqua quò purior,& ob id tranſparentior fuerit, eò celeriùs corpora alia penetrat,quò obſcurior & opacior,eò tardiùs.

Hactenus ſatis explicaſſe mihi videor actionẽ ignis primariã à calore eius ſummo perfici:meliorẽ tñ fieri,& etiã cõſeruari qualitatibus aliis ipſi etiã inſitis,ſiccitate,tenuitate,raritate,leuitate,fulgore, perſpicuitate.Reſtat demõſtrãdũ id,ſine quo ignis nõ agat.Eſt autẽ non ei propriũ, ſed elemẽtis cęteris,atq; etiã omnibꝰ quę agũt aliqd cõmune.Id verò eſt ipſius agẽtis,ſeu caloris ignei quantitas,& robur, corporis quoq; afficiẽdi ab igni præparatio,agẽtis paſſiriq; corporis aut cõtactus,aut idonea ſaltẽ vicinia.Mediũ itẽ ad agẽtis robur deducendũ,accommodũ & liberũ:poſtremò tẽpus,niſi enim agẽs paſſo fuerit quãtitate et robore potẽtius,actio nõ fiet,cũ ab ęquali proportione actio,& victoria non fiat.

Quãuis etiã caliditas ſit qualitatum omniũ ad agẽdũ efficaciſsima,tamẽ quãtitatẽ quãdã ad vincendũ requirit, cũ ignis ſcintilla,lignũ craſſum vix vnquam vſſerit.Neq; putes oportere paſſo agẽs menſur

ſura, aut pōdere, aut mole ſemper præpollere: ſatis em̄ tantā eſſe eius quātitatē, quæ cū hoc robore paſſum vincere poſsit. Nā ignis parua portiōe, vires habet maximas.

Robur aūt agēti eſt ipſi nō à quātitate ſola, ſed à vi & facultate quadā agēdi inſita, vel acquiſititia, etiā ſine quātitate, vt milites multos, ſed ignauos, ſtolidos, imperitos, quanquam robuſtiſsimos à paucis ſtrenuis, ſagacibus, exercitatis, etiam ſtrigoſis vinci ſæpè videmus. Quædam enim parua quātitate vires habēte trāſmutandi maximas, vt ſpuma canis rabidi, ſemē in muliere corruptū, aura illa virulēta in epilepticis quibuſdā, venena plurima, aqua vini ſæpiſſimè deſtillata, chæmiſtarū (ſi fiat) elixir.

Paſſuri corporis præparatio, quātā vim ad agētis victoriā habeat, oſtēdit morborum generatio in paratis tantū, humorum iā expelli præparatorū facilis vacuatio, alimentorū ſole, igni & aliis præparatorū facilis in ventriculo coctio, lignorū ſiccatorū, pingui aliquo illitorū, in minima ſectorū facilis vſtio. Quid verbis opus eſt? nihil ſub cælo fit, ſine hac afficiēdi corpis præparatiōe: ſi em̄ ſit rebelle, affici contumax, nihil aut minimū patietur: & fortaſsè plus agat, quā patiatur: quomodo qui manu lapidē cędit, & caput alicuius durum, plus ſe-

ipse lædit, quàm percussum lædat.

Cùm agens finitarũ sit viriũ, in quãtumuis longinqua non aget, aut tam imbecilliter, vt opus sensum fugiat. Cũq; vis agens per interualla delata semper magis elãguescat, & quò magis procedit, eò fit imbecillior, quò propior est corpori ipsum ꝑducẽti, eò valẽtior inde reqritur agẽtis & pasi propinquitas, quę illi ad agẽdũ, huic ad patiẽdũ maximè sit idonea, vt ignis in ꝓpinqua & cõtigua valẽtisime agit lõgẽ disita, ne calefacit quidẽ: lapis iactus ꝓpinqua valenter contundit, longinqua vix afficit.

Mediũ agentis vim deducens liberum. Nã cõtactus omnino per mediũ aliquod perficitur, vt docet Arist. libr. de anima, vt visio nõ fiat, nisi aër sit luminosus, neq; lapis hũc quẽ appetis aut ꝑcutiet, si alius intercesserit, vel corpus aliquod validũ opposuerit. In aliis mediũ, id est breuius, in aliis longius. Est quãdo id mediũ vires agentis intẽdit aut remittit, vt calor ignis, ꝑ aquã agit blãdius, per cineres valẽtius: per arenã quoq; valẽtius, per puluerẽ scoriæ valẽtisime. Et ignis, quẽ Græcũ vocamus, ignis itẽ fulminis erit seuius, quã nostras, vt ille etiã in aqua vrat, hic vinũ, gladiũ cõsumat: cũ ignis tantùm sit, sed intẽtione diuersus ob alimenti (opinor) familiaris copiam, vt in oleo,

oleo, terebinthina, melle, & similibus incẽsis apparet. Cõtrà ex lapide amiãto, ellycynium oleo affuso flammã nutrit, sed ipsum immortale manet, ignibus inuictũ, vel totius naturæ proprietate, vel quòd substãtificũ eius humidũ igni nõ est habile depasci. Id quod declarant mantilia eo ceu lino neta & texta: quæ dũ sorduerunt, igni purgantur nullo prorsus incommodo.

Tempus deniq; omni agenti est penitus necessariũ, quũ nihil in instanti fiat, sed tẽpore ad agendum egeat: id quod tam est manifestum, vt probatione non egeat.

Hæc in igni fusiùs sum prosequutus, quòd is sit maximè omniũ actuosus & efficacissimus: deinde quòd hæc igni cognita, nullã requirent declarationẽ nouã in aëre (cùm hic quoq; sit calidus tenuis, rarus, leuis, splẽdidus, perspicuus) & hæc atq; alias causas, sine quibus nõ agãt, habeant easdẽ cũ igni. Adhæc si cõtrariorum eadem est disciplina, aqua aũt igni est cõtraria tota sua substãtia, & qualitatibus ꝓpè omnibus, terra quoq; quatenus crassa, dẽsa, grauis, opaca, igni & aëri cõtraria, nõ erit difficile, q̃ de igni dicta sũt cęteris applicare: vt ꝓptereà mihi oratiõe lõga nõ sit vtẽdũ. Paucis igitur eãdẽ methodũ in aëre exerceamꝰ, cuius vt ignis & reliquorũ elementorũ à natura

ipsa, scopus est mistiõis varietas, ad generationẽ & corruptionẽ necessaria. Primaria igitur aëris actio quærẽda est, vt in igni, sumẽdaq; ex qualitatis in eo summæ actiõe. Ea autẽ qualitas, quæ sit, etiã doctorũ sententiis ambigitur: quidã aëri summam humiditatẽ, aquę summã frigiditatẽ tribuũt, alii contra, frigiditatẽ summã aquæ, aëri summã hũiditatẽ largiũtur. Quin & Gal. & Aristoteles nũc hos, nunc illos sequuntur. Nã aqua supra quàm quod refrigerat, omnium est humidissima. Nihil enim est aqua humidius, lib. 1. simp. cap. 30. in fine.

Aqua siue feruẽs vt exurat, siue refrigerata maximè, humectãdi facultatẽ nũquã, vt cõsentaneũ est, deponit. lib. 1. simp. ca. 8. ad finẽ. Humidissima quoq; aqua Galeno statuitur, li. de natura humana cõmẽtario in textũ. Nam vt annus, vt Aristoteli lib. 4. meteororũ cap. 4. Aër verò humidissimus Galeno dicitur cõmẽtario in textũ de natura hũana. Cũ igitur natura, & Aristoteli lib. 2. de generatione cap. 3. & alibi passim.

Quæ igitur est in aëre & aqua summa qualitas, nõdũ planè cõstat, & ea nũc esse in aëre toto, nõ vna videtur, sed in medio frigiditas, in summo caliditas q̃dã ignea, in imo, multũ varia pro ventorũ, regionũ, & anni partiũ natura, tamẽ ferè quã tãgit

aqu-

aquã humiditas, quà terrã nõ humectatam siccitas. Hinc aquosis locis aërẽ semper humidiorẽ experimur, arenosis & lapidosis sicciorẽ. Ad hæc in fimus hic, & nobis circũfusus aër nos modò calefacit, modò refrigerat, modò humectat, modò siccat ꝓ varia (vt dixi) regionũ, partiũ anni, & pręsentis status, tẽperatura. Eũ verò qui est ignĩ ꝓximus, ignis natura sequi verisimile est. Medius, quãquã frigidissimus sit, in omnẽ tamẽ excessum alterabilis videtur, cùm & frigiditatẽ illã summis æstibus intẽdi aliis tẽporibus minimè scribat Arist. ca. 12. lib. 1. meteororũ. Frigidissimũ autẽ demõstrãt, mista imperfecta in eo cõcretiõe genita, nubes, nix, grãdo, pluuia, quodq; oĩa coagulabilia, atq; ipsam aquã nos ambiẽs aër, vbi medio similis euasit flatu aqlonio congelet, nõ aqua aërẽ. Eò aũt frigiditatis aër medius peruenisse videtur, nõ ex sua natura, sed ex accidẽti. Vaporibus scilicet ex aqua in eũ illatis initio, qui dẽsatus in eo, tũ etiã minus calido, quã sit sũmus igni vicinus, & quã imus radiorũ reflexu calfactus. Aquę frigiditatẽ natiuã repetiuit, ac ꝓ sua qualitate illa, aërẽ mediũ iã frigidũ effecit, vt vaporibus in cerebrũ elatis, & in eo dẽsatis, cerebrũ tãdẽ euadit pituitosum, & frigidũ, cùm ipsum, vti partes spermaticę alię

licet initio calidæ sint, tamẽ quia exãgues, frigidæ euadunt. Alii aërẽ mediũ natura nõ ex accidenti frigidissimũ esse hinc colligunt, ꝙ si quid purorum, & mistionis expertiũ est elemẽtorum, id in ea ipsius esse parte, quæ à mutationibus cõtinuis est remotissima, sit verisimile, vt in conuexo ignis, media aëris sphæra, & ad polos, aërẽ, terrã in centro. Ad quod aquæ vergẽtes in venis terræ ipsius etiã elementares magis fuerint. Cæteræ elemẽtorũ partes, elemẽta nõ sunt, sed singulæ ex elemẽtis conflatæ, quapropter & nutriunt, terra, aqua, aër, & pyraustas ignis: nutrire aũt nõ possunt, nisi ei quod defluxit simile substituãt: at id elemẽtis quatuor cõstabat: ergo & quæ animal nutritura est elemẽti pars, elementis quatuor cõstat, ob tam multas iam inde ab orbe cõdito, elemẽtorũ alterationes, mutuasq; in se trãsmutationes. Quãdoquidẽ quę elemẽta sibi sunt cõtigua, qua se parte attingũt, nullius elemẽti alterius interuẽtu in se cõtinẽter mutuò transeũt ob symbolũ & cõsensum substãtiæ totius, & qualitatũ, tum primarũ, tum aliarũ primas consequentiũ. Quę cõsensum quò maiorem habent, eò prõptior fit mutua eorũ transmutatio: sic aër sũmus, & ignis imus, tota natura sibi proxima, in se facilè trãsire videntur,

Arist. ca. 3. lib. 2. de generat. ignem in summo terrã in centro purio rẽ, aërem verò & aquam in pura magis elemẽta.

Gal. libr. de nat. hu mana.

tur, vt aër nos ambiens facilè fit flãma, quę in aërem derepentè redeat. Sic aër imus & nos ambiens, & aqua summa, aqua ima, & terra sub hac summa, sed hoc discrimine: ꝙ quæ ex elementis ob essentiæ tenuitatem, & qualitatũ energiã mutari aptissimis fit trãsmutatio, illa celerrimè, & nullius interuentu perficitur, ꝙ nõ solùm à tota substantia secũ familiari, sed etiã qualitatibus valentissimis fiat, vt ignis & aëris summi mutuã alteratioñe esse promptissimam est verisimile, quia multum cognata sunt hæc duo, & potentibus qualitatibus prędita, ambo enim leuia, rara, tenuia, splẽdida, perspicua, & tota natura cognata, caloreq́; & siccitate sibi proxima, vt intensis parum his qualitatibus substantiam alterãtibus, mox ignis ex aëre illo summo fiat, remissis ex igni imo aër, quod aër nos ambiens demonstrat, hic enim & aërea omnia in ignem promptè transeunt.

Cõtrà verò elemẽta ob essentiæ crassitiẽ mutari inepta, pręsertim à qualitatibus minimũ efficacibus, in se tardiùs trãseũt, fereq́; alterius mediæ mutationis interuẽtu, vt aër nos ambiẽs in aquam, & aqua in aërem non transit primò, sed per vaporem in quẽ aër crassatus abit. Hic verò vapor crassatus magis fit aqua, quę tenuata fit vapor, *Libr. 3. temperamen.*

qui tenuatus magis in aërem transit, quòd caligo & nebula vapor vtraq; ostendit: nã tenuata magis in aërẽ vanescit, crassata fit pluuia. Per tenuationem verò, reliquas aëris qualitates intellige, vt aquæ qualitates alias per crassationem. Nam aqua nõ modò tenuata, sed leuior, rarior, perspicua magis: sed tota sua substãtia mutata fit vapor, & hic iterũ oẽs aëris qualitates & substantiã adeptus fit aër, contraq; aër natura sua tota, & insitis qualitatibus depositis fit vapor: idem aquæ substantia assumpta simul cũ qualitatibus omnibus fit aqua. Aër igitur per vaporẽ in aquã transit, & aqua per vaporem in aërem remigrat. Vapor enim cùm humor sit tenuatus, naturæ est mediç inter aërem, & aquã, opinor quòd ea duo
Cap. 8. li. 1. simpl. elementa mox in se transire nequeant, ob naturarũ varietatem, quomodo alimenta nobis familiaria lac, vinum, caro, mox corpus alunt, quæ magis sunt à nobis aliena, vt brutorũ pascua, multis in medio egent antè transmutatiõibus, quàm nos nutrire possint. Nam aër tenuis, leuis, rarus, aqua crassa, grauis, dẽsa perspicuitate & splẽdore, tamẽ cõmunicãt duo hæc elementa, & præter hæc ignis. Sed hæ qualitates sine aliis sũt ad trãsmutandũ maximè imbecillç. Faciliusq; terra in ignẽ trãsierit, quã aqua,

igni

igni tota natura,& primis duabus qualitatibus cōtraria. Terra aūt ficcitate igni cognata eft,quò fit vt terrea lignorū ficcorū portio,promptè in carbonē tranfeat ignis fpeciē. Aqua verò prius in vaporē, inde in aërē abeat oportet, quàm familiare ignis alimentū efficiatur. Ad hāc mutatiōis aëris,& aquæ tarditatē,facit plurimùm qualitatū,mutationūq; factarū ad agendū imbecillitas,nō fubftātiæ folius mutādæ contumacitas. Nā à frigido fit aëris in vaporem,& vaporis in aquā mutatio, adiuuante grauitate,crafsitie,dēfitate: à calido autem imbecillo aquę in vaporem,& inde in aërem mutatio,adiuuante pauca vtrobiq; leuitate,raritate,tenuitate,quæ qualitates magnæ effent neceffariæ,fi ab aqua in aërē fine medio faciēdus effet trāfitus: fic ex humore à calore imbecillo fiūt flatus in nobis,& aëre vaporofa quædā fubftātia, à vehementi nō fit nifi materia fit flatulenta. Gal. lib. 5. de caufis Symptomatū. Multum igitur momēti habet ad tranfmutationis celeritatē, fubftantiarū focietas, fimilitudo,& familiaritas,quæ tamen per fe mutare nō fufficit, fine qualitatibus, primis præfertim,fed etiā aliis mutandā materiā præparātibus,toti fubftantiæ omniū maximè mutanti,imò quę fola verè tranf-

Lib. 3. temper.

mutat qualitates, vera ipsius sunt instrumẽta, vt pleniùs docui in initio libri, qui de facultatibus naturalibus inscribitur.

Aërẽ igitur natura frigidissimũ esse, sed variè à causis variis alterabilem, quæ priùs dixi satis illorũ sentẽtia, demonstrãt. Quibus addas licet, nõ solùm aërem medium, quia nihil aut minimũ alterationibus mutatur, puriorẽ & elementarẽ magis esse, & tamen frigidissimũ: sed eum quoq; qui ad polos propinquat, eandẽ seruare naturam. Cùm enim sol & homo hominẽ, sol & plãta plantam gignat, tanquã potentissimus in generationem & corruptionẽ planeta, iis autẽ quàm maximè illustrat aëris partẽ, vt quæ inter tropicos spargitur, sed etiam quæ inter circulos arcticum, & antarcticũ, tamẽ quæ aëris pars his circulis cõcluditur intelligitur, cùm solẽ aut nõ sentiat mẽsibus circiter sex, aut obtusè propter multã obliquitatem, reliquo propè tempore sentiat, sub his aër elemẽtari proximus fuerit. At is est, vt in medio sui frigidissimus, qđ ostendit mare sub eo glaciale: vt etiã nunc aëris elementi, & eiusdẽ frigidissimi multùm supersit, quantũ scilicet à sole non calesit, nec miscetur rebus generãdis, vt si in terra, & in aëre illi respondente animo fingis circulos, arcticũ & antarcticũ, & à cir-

culo arctico terræ, ad circulũ eiuſdem antarcticũ lineas deorſum curuas, vel in Polos rectas duci imagineris,quæ circunſcribant aëris nobis circũfuſi, à ſole illuſtrati & miſti,partẽ ſemp qdẽ æqualẽ(niſi aliqd impediat) nũc tamẽ verſus arcticũ auctã, cùm ſcilicet ſol ad cancrũ propinquat,nũc ad antarcticũ,quãdo ſol ad capricornũ ꝓpiùs accedit:deinde etiã à circulo arctico, aëris ad circulũ antarcticum eiuſdẽ lineas ſimiles, ſed ter curuas duci aïo concipias: vt primũ velut ſemicirculo verſus circulũ terræ arcticũ,deorſum dorſo pgat, cui dũ mediocriter ꝓpinquabit, ſurſum reflectatur,qua prius figura,lineæ in terra à circulis ſunt dictæ,ſed inæquali,vt in harũ duarũ linearũ medio cõcluſa aëris regio, media è regiõe ſolis ſit tenuior, quò magis à ſole recedit,ſit craſsior:deinde pducatur linea ad circulũ aëris antarcticũ,vt q̃tũ aëris inter lineas à circulis terreis,& aëris ductas interſit, totũ id ſit elemẽtare magis,& frigidiſsimũ,q̃ magna eius eſt portio, maior tñ multò q̃ à ſole miſcetur. Nec ea tñ oĩs fuerit etiã miſtiõis expers,ſed ea tãtũ,quæ vim ſolis nõ ſẽtit. Quidqđ nubib⁹, nocte, hyeme,tantũ ad ſuã naturã reuerti videtur aër,nulla foris corrogata q̃litate, ſed omiſſa ſolis calfactiõe,eſt aũt tũc frigidus. Cur

autem quæ ſub ſole regio aëris media ia-cet,ſit frigidiſsima,partim priùs à nobis di ctum eſt partim ab Ariſtotele.Non eſſe ve rò humidiſsimũ hoc eſt omniũ maximè hu mectãtem aërem,ſed aquã hinc docere co nãtur.Corpora omnia etiã inanimata im-modicè ſicca,nos aqua,& aquoſis corpori-bus miſtis,humida reddimus,nõ autẽ aëre & corporibus aëris,niſi aliundè humecta-tis.Oleum enim humectat nõ aërea,ſed a-quoſa ſua excrementoſáq́; ſubſtãtia,quãvt ſucci cæteri immiſtã cõtinet,eáq́; cõgela bilem,qua ab olei natiuo calore cõſumpta oleum,vt aër & aërea alia à frigore & gelu craſſeſcũt tantũ,nõ congelantur.Ad hæc, ſumma in quoq; elemẽto qualitas nulla ra tione(aiũt)tolli poteſt,multò minus in cõ trariã mutari.Ignis enim ſumma caliditas igne manẽte nulla ratione aboleri poteſt, multò min⁹ ignis fiat frigid⁹.Eodẽ prorſus modo,quæ terræ ineſt ſiccitas manẽte ter-ra nõ tollitur,nec etiã,quę aquę ineſt,ſum-ma humiditas, tollitur.Illa enim ſimplex quãtũuis calfacta ſemper humectat per ſe, per accidẽs verò humorẽ vi aſcititii calo-ris tenuatũ è corpore foras euocat, ac ſic-cat.Huc pertinet, quòd nũquã eò frigidi-tatis aqua venit ex ſe,vt alia cõgelet,cũ aër interdũ tam frigidus euadat,quãdo videli-

Gal.lib.1. ſimpl.capi.8.

cet

cet motus facit boream, vt omnia cogat in glaciẽ duretq́;. Quãquã id frigus imo aëri ex locis, ſub polo glaciali ob ſolis receſſum accidere poſsit. Poteſt aër quoq; hic elemẽtaris magis ſtatui. Fuerit igitur potius illis autoribus aër natura frigidiſsimus, aqua humidiſsima. id eſt, omniũ maximè humectãs, & qua nihil eſt humidus, vt li. 1. ſimpl. cap. 3. Aër autẽ calidus & incõgelabilis, vt Ariſt. dicitur, fuerit ſummus, & per æſtatẽ imus, interdũ & medius, alicubi frigus remittit, ſeu caloris quidpiã ſuſcipit per æſt^9: alicubi, hoc eſt penitiore eius parte, frigus intendit, vt Ariſt. lib. 1. meteororũ capi. 12. *Ventus eſt aër motus hippo. lib. de flatibus, aliter Ariſtot.*

Si verò humidũ id appellemus cũ Ariſt. quod ſuũ terminũ, ſuamq́; ſuperficiẽ extimã ægerrimè per ſe retinet, alienũ verò terminũ, ſeu corporis alterius cõtinẽtis figurã ſuſcipit, vt ſiccũ illi cõtrariũ, aër hoc modo fuerit humidiſsimus. Hæc enim paſsio aëri magis ineſt, quã aquæ. Nã aër corporibus aliis quãtũuis mollibus cedit, nullãq́; figurã ex ſe, vel momento retinet. Vacuato enim vaſe aliquo aër mox ſubiẽs eius vaſis figurã ſuſcipit, ſuã exuit, & veſicã aëre plenã in quã voles figurã prõptiùs mutaueris, quàm aqua repletã, & flatu quãtũuis leui, aëris figurã mutas, ſiue vtriculũ imples, ſiue veſicã: figurã igitur alteri^9 cuiuſuis cor-

po-

poris etiã aquæ aër ipse celeriter admittit. Id etiã declarat motus animalis per aërem multò celerior, quàm eiusdẽ per aquã. Nã celeriusper aërẽ quàm per aquã volat anas, Delphinus se iaculatur, & quò aër purior & tenuior & leuior, & rarior, eò celerior per eum fit volatus, quò crassior est aër: eò tardiùs per eum volatur, vt aqua quoque quò tenuior est ac leuior, eò per illã promptiùs nauigatur, quàm per cõtriariã. Quod etiã docet lacus Asphaltites, in quo propter aquæ bituminosæ crassitiẽ, animal mergi nõ potest, multò minus natare. Crassities enim aquę vt marinæ ad sustinendũ naues grauissimas, pisces, cetodes, quãtũ est apta, tãtũ ad penetrãdũ est inepta. Nec absurdũ tibi debet videri aërẽ nũc frigidissimũ, & aquã humidissimã dici diuersis scilicet rationibus & significatis humidi. Nã aër humidissimus fuerit, quòd terminũ alienũ promptè admittit, suam verò figuram & superficiẽ ægrè retinet: aqua autẽ humidissima quia summè humectat, imò etiã quia in misto (ad quod Arist. humidi, & aliarũ primarũ qualitatũ definitionẽ refert) alienũ terminũ omniũ facillimè admittit, suũ ęgerrimè retinet cũ terminata corpora sine terra, & aqua nõ cõsistãt: aëris verò humiditas nõ est mistorũ terminationi & con-

Arist. li. 4. meteororũ ca. 1. et 4.

tem

temperationi vſquequaque accommoda, per ſe verò eſt facillimè terminabilis, vt exempla priora oſtendũt. Poteſt etiã aër humidiſsimus dici humiditate vnctuoſa, in ipſo propter tenuitatẽ & raritatẽ obſcura: aperta verò in aëreis, vt oleo, adipe, humido ſubſtãtifico, quod incõgelabile eſt, quia aqueũ nõ eſt, ſed aëreũ, pingue lẽtũ, vt docet Ariſt. li. de lõg. & breuit. vitæ. Imò nõ frigidus natura, & modicè humidus eſt aër, vt illi perſuadere conati ſunt rationibus non ita probabilibus, & quas abſurdiſsima plurima, quæ recenſere longum eſſet, cõſequuntur: ſed verè eſt natura humidiſsimus, & modicè calidus. Id quod priuſquã probem paucis illorum rationes mihi diluendæ ſunt.

Primo loco quòd ſcribũt aëris totius qualitatẽ nũc vnã non eſſe fatemur, cũ & Ariſt. ca. 3. lib. 2. de generatione, aërẽ & aquã impuriora eſſe elemẽta, ignem & terrã puriora recipiat. Neq; agimus de apparente variis anni partibus aëris temperatura, ſed de natiua & inſita.

Quod ſecundo loco afferunt, aërẽ elementum in media ipſius ſphæra maximè inueniri, id cum Ariſtotele, nec in aëre, nec in aqua recipimus, in igni & terra verum eſt. Nam in media regione cùm miſta imperfecta gignãtur, & interdũ animalia, & monſtroſa quædã, quæ Iupiter pluiſſe dicitur, quomodo igitur ea pars pura erit, & non potius ſumma?

Tertio loco quid subiiciunt summã cuiusq; Elementi qualitatem perpetuam esse, non magis ipsorum sentẽtiam tuetur, quàm demolitur. Nam & si donemus qualitatẽ cuiusq; Elementi summã in ipso esse perpetuã, id aërem frigidissimũ nõ cõuinci, quũ media ipsa regio sit alterabilis: vt etiã Arist. visum est docẽti mediã regionẽ æstibus frigidiorẽ, q̃ frigoribus. In qua si ranas, & alia quædã mista perfecta gigni recepimus, per æstus ac pluere etiã, calor aliquis vicinas mediæ partes occuparit, fueritq; tũc frigida quomodo ouum in aquã feruẽtẽ iniectũ ambitu coquitur quidẽ, intus verò crudũ manet: & panis tradit⁹ igni valido, vt si assatur int⁹, humescit magis, protrusa intrò parte humid. superficiariæ. Quarto loco quòd aqua nũq̃ tã frigida, vt cõgelet: :aër aũt borealis omnia cõcrescere habilia, cõgelat, id ex frigid. intẽsione sola non accidit, sed essentię tenuitate & crassitie: aër enim frigid⁹ ob essentię tenuitatẽ facit frig⁹ penetrabile magis & aq̃ cæteraq; gelabilia etiã penitissime cõgelat: aqua aũt frigida, & frigore & essentiæ crassitie sibi viã præcludit, vt ne minimũ quidẽ intrò penetret. Quin & aqua calfacta in aëre etiã æstiuo & meridiano deposita frigiditatẽ recipiet, velut natiuã multò maiorẽ, quàm quæ ab aëre: ex quo patet eã natura esse frigidiorem Aëre. Adhæc si aër esset fri-

gidus, tria elementa essent frigida, vnicum & à nobis remotū calidū, & caliditas in nullo elemēto esset remissa, cū singulę aliç in aliquo sint elemēto remissę, vt singulę summę. Sed de his plus satis: nūc aërē natura humidißimū, cū Arist. probemus, hoc est etiā maximè humectātē. Nam ęs & intimos lapides citò ac penitißimè humectat si pluuius est. Humiditate tamē parū, diu ob tenuitatē duratura, aëria verò pinguia, vt adeps, oleū etiā diu humectāt: quū aqua, nec citò, nec diu nec penitus humectet. Quòd si aërē pluuiū ab aqua sibi mista, nō à se humectare dixeris, nō negabis Aërē vernū cū Hipp. calidū humidū, & eundē mutationū à Sole & aliis magnarum maximè expertē. Nā neq; friget, vt hybernus: neque calet, vt æstiuus: sed velut in barū qualitatū medio est, neque siccus, vt æstiuus. Humectare autē multò magis quàm hybernus, hinc deprehēdas, quòd germinationi & animalium generationi est aptissimus: quę duo sine larga humiditate nō fiāt, & largiore quàm seminis calor natiu⁹, aut Solis posit depasci. Si enim totā depasceretur calor alteruter, neq; generatio fieret, neq; per nutritionē auctio. Aër igitur omnium penitißimè & citißimè & potētißmè humectat calido adiutus, & tenuitate, leuita-

te, raritate quib⁹ qualitates cõtrariæ, aquã penit⁹ & potẽti⁹ humectare prohibẽt. Quę alia in hanc rẽ dici possunt, ex variis Arist. locis adscribere supersedeo: ad secundam aëris qualitatem mihi transeundum est.

Aëris qualitas secũda iisdẽ saltem fuerit humiditas, quæ immodicã ab ipsius frigido cõcretionẽ impedit, ob id per eã melior actio aëris fit à frigido, vt volũt profecta. Partes enim corporis (inquiũt) tãquã lignũ rigidũ nolumus præter ossa, sed molles & flexiles aëris humidi, & aquæ bñficio. Quã quã enim humida quædã magis cõcrescere videtur, quia videlicet simul terrea sunt, tñ quę omnino humida sunt terrenę fęcis expertia, frigore nõ cõcrescũt, vt vina tenuia acetũ, cũ his aquę loco paratũ atramẽtũ scriptoriũ, aquæ itẽ igni destillatæ, tardius cõcrescunt his quæ aquæ vapore destillatæ sunt, & ambæ aqua dulci: quæ quãtò crassior, tantò citiùs concrescit. Quin & si aëri aquea humiditas accesserit, vt aquas tãgẽti aut pluuias & caliginẽ, multo magis corpora omnia etiã abditissima humectat, quàm aqua ipsã, sed min⁹ diu, quod aëris tenuitas, raritas, leuitas, splẽdor, pspicuitas, aquã peniti⁹ in alia cõuehũt, in quę aqua per se ob crassitiẽ, grauitatẽ, dẽsitatẽ, nũquã penetrarit, vt idoneũ sit aquæ vehiculũ aër, quomo-

modo propter totius corporis caliditatẽ & ſiccitatem ſitiẽtibus vinum vel acetum ex aqua ſumptũ, ſitim celerrimè extinguit, quũ acetũ ſiccitate, & pauco calore præſertim, ſi acre admodũ eſt, per ſe augeret, vt vinum calore, & ei proportione reſpõdẽti ſiccitate, aqua verò quãquã frigida humidiſsima ſitim illã extinguere ſit idonea, tamẽ ob frigiditatem, cruditatem, craſsitiem, denſitatem, grauitatem, diu in ventriculo, & hypochõdriis moratur, neq; in partes refrigeratione & humectatione egentes, penetrare poteſt, cùm frigiditate poros, & ora vaſorum denſante, viam ſibi ferè præcludat.

Paucũ autẽ acetũ, præſertim album, vel aliter tenue multæ aquę miſtę, tãta ſcilicet menſura, vt bibi citra moleſtiã poſsit, ſitim illã celerrimè extinguit: & paucum vinum, etiã albũ, vel pallidũ, vel rufum & fuluum, aquæ, ſed largiori miſtũ. Aqua enim aceti ſiccitatem, & ſi qua ineſt ob acrimoniam caliditas, humiditate & frigiditate frangit, & vini ſimiliter. Vinum verò & acetum eſſentię tenuitate aquam, ceu vehiculum quoddã, in partes remotiſsimas celerrimè perferunt. Minus diu autem aër humectat quã aqua quòd eius humiditas, vt magis eſt per vias & corporum receſſus ac poros meabilis, ita eſt diſsipabilis magis:

Oxycrati id eſt po-ſca.

Aqua verò in eosdem meatus ob crassitiẽ ægriùs inseritur, ibi tamen cõsistit ac diutiùs retinetur, vt quæ vniuersum & citò nutriũt, vniuersim, & citò vacuãtur, quæ paulatim ac tardè nutriũt, paulatim & tardè à calore nostro dissipantur, Hippocra. in Aphorismis. Porrò aërẽ natura humidissimũ & modicè calidũ facilè deprehẽdes, cũ mutationibus à solis accessu & recessu maximo vacat, vt vere ipso, quãdo maximè est genitiuus aër, & prolificus maximè in toto plantarum genere, quanquam etiam tum humiditatem ex hyeme retinere calorem ab impendente æstate, & incipiente solis ad nos accessu, causari aliquis possit.

Tenuitas, raritas, leuitas, splendor, perspicuitas in aëre facultatẽ habẽt eandẽ quam in igne, sed tantò minorẽ quãtò aëri insunt hæ qualitates, quàm igni imbecilliores. Insunt igitur vt melior aëris primaria fiat actio, qualisqualis illa est, vtque aër & omnes eius qualitates cõseruẽtur. Per has enim aër agitabilis, purior & incorruptior euadit, vt enim vitiũ captãt, ni moueãtur aquæ, sic aër cõualle, domo, arca, loco alio cõclusus, corruptionẽ sui odore tetro prodit. Quæ putredo omnibus non difflatis, nec vẽtilatis præsertim calidis, humidis, ferè austris flãtibus, qualis est nos ambiẽs, &

loco

loco calido,humido conclusis.
Calor enim vbi paulò est auctior,putredinis est autor,vtpote iam rei ipsi præter naturam:humiditas verò illa plurima à calore natiuo nō cohibita,nec victa,diffluit, & elementorum dissolutionem, seu putredinem, accelerat. Cætera quæ in igni sunt dicta,sic ad eius actionē necessaria,vt sine his actio non fiat,eadē similiter in aëre,aqua,terra, sunt expendenda agentis, scilicet quantitas & robur, paßsi dispositio,vtriusq; contactus,aut iusta saltem propinquitas,per quam agere & pati queant mediū legitimum & liberū,& tēpus.Quapropter in his sermone lōgo mihi vtendum est nequaquam,sed ad reliqua duo elemēta paucis explicāda,trāseundū.
Aqua omnino est iisdem humidißsima, quòd(vt ex Galeno afferunt)humectandi facultas ab ea sit inseparabilis, cū ea quātumuis calfacta & refrigerata sit (modò nō sit cōcreta)semper ex se humectat maximè.Ex se autē dicunt, quoniam feruens aqua aut frigida multū nobis ingrato hoc vtroq; excessu feruoris & frigoris, cutem densat,& poros contrahit:sicq; aquā aditu ad interiora prohibet. Quæ verò temperata est,& omnis alienæ qualitatis expers, illa semper humectat, siue potu sumatur *De gene. cap.3.probat Arist.*

siue balneo corpori circundetur.

Aqua fer-uēs densat Gale. libr. sani. tuē.

Hæc aquæ humiditas magnarum est illis virium in generatione, summam enim terræ siccitatem, & eam duplicē quæ ab igni proficiscitur, aëris humiditate adiuta, corrigit. Hæcq; cum terra materiæ plurimum corpori tribuit, cuius cōtinentia ferè sunt aquea simul & terrea, atque etiam contenta præter impetū facientia, seu spiritus quæ aërea magis & ignea sunt: vt igitur terra ex aqua subacta fit lutum, habile ad formam quanuis suscipiendā, sic nostræ generationis primordia semē viri & mulieris, & sanguis maternus, ambo ex quatuor elemētis cōposita: sed sanguis aqueus & terreus magis, semen verò, quanuis initio aëreum magis, ac igneum est dissipata nō multò pòst horum elemētorum magna vi & substantia, quæ ex illo fiunt partes, aqueæ & terreæ, euadunt. Tales enim tēperamēto sunt omnes spermaticæ & albæ in nobis partes, hoc est frigidæ omnino, & quædam etiam subhumidæ, vt cerebrū, nerui sensifici, quibus aquæ plus inest, quàm aliis siccis: quæ sunt cerebellū, spinalis medulla, nerui, molares, ossa, cartilagines, ligamēta, tēdones, mēbranæ, idq; magis & minus pro largiori terræ portione, nisi & siccitas ignea accesserit, vel statim initio, vel saltem ætatis

cur

cursu aut victu siccante. Sed hi non vident ex terra elementari, quæ quouis adamante, Galeno durior cẽsetur, & aqua lutum fieri non posse, cũ aqua in hanc nunquam permearit: aër autem promptè permearit, vt etiã lapides & metalla subeat, & ea etiam per gelu frãgat, aut fragilia magis reddat. Neq; natiuam illã humectandi vim, aër vnquam perdit, nisi adeò sit alteratus, vt aër propè, iam esse desinat. Summis enim æstibus igneus est aër, non aër absolutè. Est igitur nunc aër humidissimus quia celerrimè humectat: aqua humidissima, quia maximè diu humectat.

Secunda aquæ qualitas, iisdem est frigiditas, quæ tamen Aristoteli cap.3.lib.2.gener. est prima, homogenea, & heterogenea, ad misti compositionẽ congregans, sed non adeò, vt congelet cùm sit in aqua non summa, vt in aëre. Huic tamen si interdum, summæ proxima accedat ex frigore aëris aut terræ, tamen mitior sentitur, quàm aëris frigiditas: siue quia ob aquæ crassitiẽ, & motum frigidi, pigrum minus intra corpora penetrat, quàm aër. Hinc penetrabile frigus aëris magis quàm aquæ suo contactu corpora nostra afficit. Quòd si etiam detur maior Aquæ quàm Aëri inesse frigiditas,

tamen quia humidiſsima eſſe Aqua priùs eſt probata, minus glaciari eſt habilis ab ſua frigiditate, niſi quæ terrea multum eſt.

Hæc prætereà frigiditas ignis, ſummũ calorem temperat, quomodo (ſi Ariſtoteli credimus) cerebri frigiditas cordis caliditatem, facitq; frigiditas aquæ & aliorũ cũ calore iuſtam partiũ in calido & frigido miſtionem quomodo humiditas, ſiccitatẽ corrigendo, humidi & ſicci corpus quoddam medium efficit, cui ſcilicet eſſe tali conuenit ad edendã actionẽ ſuã, vel vſum præſtandũ: ſed tamẽ frigiditas hæc quædã in nobis glaciat, vt pituitam frequenter in cerebro, adipem in omnibus corporis partibus neruoſum genus. Huius enim ſubſtantia eſt à frigido concreta, ob id fotu aquæ calidę diſſoluitur. Quomodo quę glacies multis iam annis loco aliquo concreta manet, criſtalli modo fit duriſsima, & ægrè fuſilis, vt & ſuccinum ſeptentrionali frigore valenter concretũ, cùm gum mi pini. Gallicæ facilè ſoluatᷣ: ſic adeps in nobis nouus, calore non ita multò liquatur & ſoluitur: vetus autem vehementi, vt per febres ardẽtes, in quibus vrinæ pingues, & deiectiones opimæ, inde apparẽt.

Galenus id falſum probat li. vſus partium.

Gale. lib. Meth.

Splẽdor & perſpicuitas in Aqua vires habẽt eaſdẽ, quas in Aëre & Igni, ſed maxi-

mè

mè imbecillas, quòd in his leuitate, tenuitate, raritate, & in igni præterea calore iuuentur ad penetrandũ, in aqua frigiditate, crassitie, densitate, grauitate magis penetrare prohibentur. Tamẽ hæ tres aquæ & terræ cõmunes qualitates, vti tres oppositæ igni & aëri magnarum sunt viriũ, & ad mistionẽ iustã necessariarũ, primùm, vt substantiæ plus sub mole parua continerent: nõ cõtra, vt ignis aër rara, vt dixi, corpora. Aqua enim & terra misto solidis substantiæ plus suppeditant, & grauitatem, quietemq; præstãt, seu plus materiæ crassioris: vt contrà ignis & aër plus materiæ tenuioris & spirituosæ, à qua corpori leuitas, ad motiones prõptitudo. Quod apertè ostendunt tenera animalia moueri promptissima & aptissima, ob spirituum magis æthereorũ copiã, præsertim vbi iã aliquãtulum adoleuerint. Vetula verò sedere, quiescere appetunt, si mouentur propè inuita: nec celeriter etiam si velint, possunt, quòd aqua & terra iam magis dominantur, vnde & pituitosa sunt maximè in spatiis inanibus, sicca plurimum in solidis partibus. Quin & spiritus impetum facere consueti, in his supersunt perpauci, & hi quadãtenus iam frigore cõcreti, pigri, mouere nos inepti, in aquosam & terreã na-

turam, quantū ſpiritui datū eſt, inclinātes. Vt igitur aqua, terra, miſto plus materiæ largiri videtur, ſic ignis & aër plus formæ, aut ſaltem ex aqua & terra materiā informē & ineptam ex ſe ad formā recipiendā velut poliunt, fingūt, formant, ad formāq; ſuſcipiendā omniū maximè apparent, & hac ſuſcepta, magis exercent agitatione perpetua. Cui niſi aqua & terra craſsitie, denſitate, grauitate obſiſterent, & ignem aëremq; velut illigarent, ac nexu quodam miſtionis coërcerent, haud dubiè miſtum parum diu eſſet elemētis illis tenuibus, leuibus, raris, irrequieto motu cōſumendis, aut ſtationem ſuā deſerētibus, & in locum natiuum reuolātibus. Ergo elementa hæc duo cōtrariis duobus miſta, corpus quoddam grauis & leuis, denſi & rari, medium efficiunt: quod à leuibus illis mouetur, à grauibus interdū quieſcit, vt ſit durabile magis, commodāte in id non parū ſomno frigiditate & humiditate horū elementorum cōciliato, quē caliditas, & ſiccitas interrumpunt, vigiliasq; ac inſomniū inuehunt. Calore enim motū excitari oſtendūt viperæ ſub æſtu & homines vino, aut aliter calfacti: frigore verò quietē comparari
Gale. lib. teſtantur partes nobis frigore torpidæ, &
loco. affe. viperæ, aliaque animalia hyeme latentia,
tunc

tuncq; mortuis simillima. Grauia igitur, & densa, & crassa hæc elemēta, contraria cohiberi inepta cōtinent, vt corpus animam, & vasa vitrea dēsa aquam vini olea chæmistarum, facilè ob tenuitatem, raritatē, leuitatē exhalabilia.

Terra tanquam officina quædam, & fundamentum generationum, ac naturæ subiectum materiam præbet omniū plurimam corporibus gignendis: quapropter etiā plurima corruptis superest. Ea omniū maximè siccat ex sese, præsertim si qua est elementaris, & simplex. Eadē cū sit siccissima, etiā est omniū durissima, & quouis adamante durior. Eadē figuram ægrè suscipit, susceptam pertinacissimè retinet, vt aqua, aër, & ignis cōtrà. Quomodo qui discēdi & apprehēdēdi promptitudine pollent, memoria parū valent: contrà, quibus discēdi est difficultas memoria sunt fideli. *Gale. li. de natur. hominis.*

Quæ res vsus est omnino maximi ad rerum diuturnitatē. Cùm enim ignis, aër, aqua, per se, & simul mista, materiā rei præstent spargi facilē, extendi promptā, figurari aptam, in quiduis sequacē, quibusuis lineamentis ductilē, sed celerrimè eluibilē figuram, & maximè caducā ac euanidam, nisi horū subsidio, terra à summo rerū omniū opifice, superaddita esset, quæ vt per se

se ob siccitatē & natā inde duritiā ægrè figuratur:ita aliis elementis,omniū tamen maximè aqua dum emollitur, idque mediocriter,temperaturā quandā efficit,mediam humidissimi ac siccissimi,vt in luto apparet.In qua quidē temperatura,quantū ex aqua accedit mollitiei,tantum ex terra duritiei:& quantū aqua rem figurari aptā efficit,tantū terra fingi ineptā: & quantū terræ figura est durabilis,tantum aquæ est euanida.Sed tamen ipso formationis initio plus humidorū elementorum, vt antè docui,est immistum ad formationē singularum corporis partiū faciliorē,quę ne dilabatur prospectum est per cōtenta,& impetum facientia,& succedentē ætatis processu siccationem.Quomodo enim nec figulus formata vasa mox igni coquit ne rumpantur,sed antè paulatim vento,& sole siccat,sic rerum opifex nostri corporis materiam initio statim siccari noluit,sed paulatim,ne immortales essemus, si nunquam siccaretur.Id igitur ad mediocrem rerū durationē factū est,cū perpetuæ esse nequeant.Tradūt igitur elementa operas mutuas,& se inuicē adiuuant. Nam terra aquæ beneficio in formā quamlibet, nec ita difficulter fingi habilis redditur,à terra aqua,ne tam promptè diffluat, & velut

stat

ſtationem deſerat cohibetur,terrę & ignis ſiccitas, aquæ & aëris humiditate corriguntur,& cõtra ignis itẽ caliditas,& ſæpè aëris,aquæ & terræ frigiditate tẽperantur. Ignis & aëris raritatem, leuitatẽ, tenuitatem aquæ & terræ denſitas,grauitas, craſſities remorantur:illorũ & aquæ ſplendorem,& perſpicuitate terræ opacitas inducit,& obtenebrat,vt ex cõtrariis huiuſmodi,tum ſubſtãtiis,tum qualitatibus inuicẽ totis per ſe totas miſtis, generata omnia temperentur,& perdurẽt,donec elementa hæc quatuor, concordi pace ligata maneãt,vt idem de humoribus corporũ ſanguine præditorum,velut elemẽtis intelligas.Vbi enim calidum per ſe magis cũ ſicco in nobis abundat,aduſto ſanguine bilẽ vtranq; gignit,vt frigidũ per ſe magis cũ humido pituitã, temperaturæq́; ſymmetriam,& humorum corrumpit(in qua erat ſimilariũ,& primarũ partiũ ſanitas)morbosq́; accerſit magnos,pro intemperaturę & humorũ ametriæ magnitudine. Omnis namq; intemperies inſignis morbũ gignit, maxima autẽ mortẽ affert. Frigiditatis in terra & aqua eſt eadem ratio: vt craſsitiei, denſitatis,grauitatis. Obſcuritas autẽ terræ propria,& opacitas aliorũ trium elemẽtorum ſplẽdori:& perſpicuitati obſiſtit,ac

his

his temperandis cõmodant, quomodo visionem nostrã,à sole & splendore dissolutam tenebræ & opacitas cogẽdo recreant.
Gale. lib. simpli. Hæc igitur elementa quatuor, quorum concursione omnia gignuntur atq; cõcrescunt, dum cõcordi pace velut cõsentiunt, res perdurat, dũ dissidẽt, & mutationibus sese plurimũ exagitant, corrũpitur, aliaq; gignitur. In qua mutatione, quãuis ignis, velut causa effectrix, & terra, tanquã mutationis subiectum principes tenere partes videantur, tamẽ reliqua etiã eximia sunt, quæ quatuor omnino necessaria. Si enim calidum elementũ sustuleris, cõcrescet humidũ caloris inopia: si frigidũ pereat elementũ, omnia ignis erunt: si siccũ tollatur, aqua erunt omnia: si humidũ, terra, interibuntq; corpora, quæ sub cælo sunt vniuersa. Nec solũ. 4. elementa esse oportuit, sed qualitatibus quodãmodo cõtraria, & substantiis, alioqui in se nõ agerẽt, si essent similia, nec à se paterentur, sed se ipsa fouerẽt, tanquã vnũ essent. Hæc de elementorũ proprietatibus, facultatibusq; sufficiant, quo autẽ mouente misceri inuicem queant, paucis addẽdũ est, cũ per se omnino nunquam simul coëant ac cõgrediantur, multò minus misceantur: leuia enim duo, suapte natura sursum rectã tolluntur:

grauia duo, reliqua deorsum rectâ declināt. Quo igitur mouēte hæc tollūtur, illa deturbantur, vel saltē in hæc quietis amica, illa deorsum præcipitata cū his contribulantur, vt etiā terra ipsa & aqua elemētis quatuor sit mista. Spherarum omnium, & in his planetarū ac syderū motus, irrequieti ac splendores & radii ignē maximè secūdo loco aërē igni vicinū, perpetuò cō mouet, atq; infernis his cōmiscet. Quomodo si centro phialę rotundæ terrā & in circuitu eius aquā, & circum hāc vinū immittere posis, vt vitri fundo terram super hanc aquā, desuper vinū quotidiè immitti mus: deinde rotundā phialā exagites, rotatuq; celerrimo & perpetuo circūagas, tria hæc misceri cerneres, vt profectò in vitro miscētur. Radios verò mouere, indicabit tibi aër, quē solis radiis per fenestram illustrāt. In eo enim motu irrequieto, corpuscula quædā agitari spectas apertè ob ambientis radios aëreis obscuritatē, quomodo pluuiā gracilē, & rarā deprehēdis in opposita obscuraq; & aperta fenestra, nō deprehendis in albo aut splendido opposito, cū tamē non è regione tantū fenestræ, vel obscuri alterius corporis pluat, & aliis etiam locis. Eodem opinor modo, earum velut atomorū motum in radiis per angustum

ſtum foramen in locum obſcuriorẽ recepṫis,ſpectare potes:in viis publicis & locis patentibus nõ potes:vbi tamẽ omnino ſimiliter moueri eſt,non modò veriſsimile, ſed etiã veriſsimum. Si enim quouis loco, oſtium,vel aliud denſum:ſed feneſtratum aut foratũ in ſolũ derepẽtè ſtatuis,motum omnino ſimul deprehẽdes. Huc pertinet, quòd etiã in aëre publico ſole illuſtrato, cernimus moueri corpuſcula quàmplurima,ſed paulò grandiora quàm ſint atomi.

Quæ verò qualitates aliæ tactiles, guſtatiles,viſiles,olfactiles,audibiles variam elemẽtorũ miſtionẽ ſequãtur & prætereà figuram,craſsitiẽ,& id genus alia,docere præſentis non eſt inſtituti,cũ præſertim ex Ariſtotelis libris , præſertim de anima, Theophraſto lib.de Plantis,Galeno lib.4. ſimpl.& aliis,cuiuis diſcere ſit promptum.

Hæc paucula de elemẽtorũ natura mihi aſſerere viſum eſt, etiã ſi non pauca ex his problemata quibuſdam videri poſsint.

FINIS.

LVGDVNI,

Excudebant Philibertus Rolletius,& Bartholomæus Franus.